EXERCITATIO IVRIDICA
DE
IVDICIIS REGALIVM.
QVAM
D. O. M. A.
PRAESIDE
Viro Amplißimo, Consultißimo & Excellentißimo,
DN. HENRICO Hahn/ ICto,
Pandectarum Professore Celeberrimo, & Dicasterij Guelphici Assessore Gravissimo,
Dn. Præceptore, & promotore suo plurimum venerando
publicæ disquisitioni subycit
HIERONYMVS Witzendorff
LVNEBVRGENSIS.
Ad d. 25. Octobris
IN NOVI IVLEI AVDITORIO MAIORI.

HELMÆSTADI,
Typis HENNINGI MVLLERI.
Anno CIↃ IC C XLVIII.

VIRO

Reverendißimo, Generoso Nobilißimoq;

DN. CHRISTOPHORO,

Domus in Luneburga Domino, ibidemq; Cænobij ad S. Michaelem Abbati devotissimo, dignissimo,

Domino meo clementi & officiosâ observantiâ colendo

Exercitium hoc Academicum consecro

Hieronymus Witzendorff.
Aut. & Resp.

DE JVDICIIS REGALIVM

THESIS I.

QVisquis ſocietatem præſertim paulo majorem ſine judiciorum adminiſtratione conſiſtere poſſe exiſtimat, cum aut homines abſque diſſidio inter ſe cohabitaturos credere oportet, aut ſtatuere qualemcunque etiam non tranquillam aut pro modo intellectus formatam communitatem ad bene vivendum ſufficere.

II.

Verùm non tranquilla ſocietas quid potius quam diſſipatio eſt? & per commodi ſtudium non facilè, imo omnino non fieri poſſe, ut nemo alteri adverſetur, nos quidem ipſo rerum uſu edocti ſatis novimus, jamque dudum in animo habuiſſe videtur Socrates, eum exſecrari ſolitus, qui primus utilitatem à natura ſeparaſſet, id enim caput affirmabat exitiorum omnium.

III.

Quarę hæc cum ita ſint, neceſſum quoque eſſe ut malo huic commodis remedijs i.e. Iudicijs ſuccurratur, nemo certe negabit qui ad conſervatio-

nem civitatis concordiam civium inprimis facere animadvertit.

IV.

Cæterum positis hisce, non difficile dictu videtur, magnis litibus sopiendis majorem curam & celeritatem adhibendam esse. Quippe ejusmodi cum non nisi inter potentiores divitesque oriri queant, fit ut si non citò finiantur, quemadmodum præcipua membra inter se collisa, totum facilè corpus in eandem ruinam trahant.

V.

A majoribus nostris suæ libertati valde: utiliter lites citò diremptas non modò autor est Tacitus, verùm & hoc apud eos idē observavit, quod minoris momenti rebus decidendis solos principes per pagos vicosque præfecerint: magnis autem non nisi totum concilium par esse arbitrati sint. Quomodo & Romani magnis causis magnos quoque Iudices præstituerunt.

arg. l. 32. §. 7. de recept. qui arbitrium recep. junct. l. 5. C. ubi caus. stat. l. 4. & ult. C. de Jurisdict.

VI.

Retinuisse morem hunc majorū suorū Francos, quamvis nonnihil ad suæ reipublicæ statum, uti necessū erat, ordinatū, ejus ævi monumenta comprobant. Exindeq; illud adhuc videtur reliquum, quod non quivis de plebe judex de magnis principum feudis aut regalibus jus queat reddere, plerisque

que horum ad optimatum cognitionem pertinentibus.

VII.

Subinde tamen in modo Iudicandi aliisque huc spectantibus variatum est, neque pauca nunc tractu temporis planè immutata legibusque & recessibus imperij aliter definita sunt.

VIII.

De his itaque bono cum Deo acturis nobis videndum primò omnium erit, quodnam Iudicium regale dicamus, de quo omnis reliqua est tractatio.

IX.

Sit itaque Regale Iudicium, in quo de regali causa agitur. *Iudicium Regale quodnam.*

Iudicium nobis hic significat legitimam causæ coram Iudice disceptationem. *arg. C. forum de V. S.* Causa regalis quænam habeatur, patebit ex ijs quæ infra de rebus in hoc Iudicium deduci solitis dicentur.

X.

Porro in judicio nostro judicem ut constituamus necessum erit. *Iudex quis.*

Neque enim judicium absque judice ullum esse potest, *arg. d. c. forum*, nec minus hic ac in alijs quæ de juribus privatorum sunt, locum habet Iudicis forique non competentis exceptio. Ludolph. Scrad. *de feud. p. 10. n. 3. & 4. in praamb.*

XI.

Iudex ille pro diversâ regalium qualitate alius atque alius constituitur.

XII.

Qualitates autem istæ à Concessione & Acqui-

quisitione regalium sunt. Conceduntur enim & acquiruntur regalia vel ab Imperatore, vel ab inferiore aliquo. Illam immediatam, hanc mediatam dicemus concessionem & acquisitionem.

XIII.

Vtraque rursus acquisitio vel expresse fit, vel tacitè.

arg. C. super quibusdam §. preterea, de V. S.

XIV.

Expressa concessio privilegio aut investiturâ peragitur, durch Freyheit oder belehnung.

Privilegio regalia concedi solere immediatis, indubitatum faciunt textus Aureæ Bullæ, ubi *in c. 9.* Ius fodinarum, & potestas recipiendi Iudæos *in c. 11.* Ius extremæ provocationis Electoribus tribuitur. Vide præjudicia Camer. *Verb. privilegium, §. nota Electores.* Concessio per infeudationem patescit ex *tit. quis dicatur dux. marchi. com. 2. f. 10. Iunct. tit. de prohib. feud. alien. per Fridericum. 2. f. 55. §. firmiter, vers. praeterea,* ubi Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, regalem sine dubio dignitatem annexam habentes, dicuntur concedi per infeudationem. *Add. 1. f. 1. pr. ibi: dux. Marchio. Comes. qui proprie regis Capitanei dicuntur, eod. §. ult. ibi quod à Regis Capitaneis 1. f. 14. ibi. vel aliqua regali dignitate A. Bull. Car. IV. t. 26. pr. ubi.* Electorum feuda expresse indigitantur Königliche lehn/ so sie von Keisern oder Königen nemen und empfangen *Iunct. vers.* darnach. Vide Ott. Frising. *l. 2. c. 5. & 6.* Christopoh. Besold. *Th. pract. verb.* Fahnenlehn *n. 3.* Eademq; ratio est & aliorum regalium absolutorum ut feudali titulo recte acquirantur: Röm: Käys. May. Regiment/ R. A. zu Worms *anno 1521. verb.* Und behalten uns bevor die belehnung der Lehn und Regalien derjenigen die sie unter den fahnen öffentlich mit Solennitaten pflegen zu empfangen/ zuverleihen: *item:* nach verscheinung des ersten Jahrs/ darin einem jedem seine Regalien zu empfangen gebüret, *& in fin.* als denn die Regalien und lehen in aller mas brauchen als ob sie jhm ge-

liehen

sichenweren. Iung. Rosenthal. *Synops. feud. c. 1. in princ. & conclus. 10.* Sixtinus *de regal. l. 1. c. 5. n. 6. & c. 3. n. 20. & seqq.*

XV.

Tacitè immemoriali præscriptione acquiruntur regalia.

arg. text. in C. 9. A. B. in fin. quod est de teloniis, quæ regalia esse infra dicemus. *Iunct. argm. d. c. super quibusdam §. præterea de V. S.* Lapsus enim ejusmodi temporis titulum causamque concessionis includit ex firmissima juris & de jure præsumtione, quod patientiam superioris justa acquisitionis causa præcesserit. *l. f. d. aqua & aqu. pluv. arc. l. 3. §. 4. d. aqu. quot. & æst. l. 6. §. 1. d. acqu. her.* Martin. Rumelin. *ad A. B. p. 2. dissert. 1. th. 1. in add. lit. B.* Iung. Hugon. Grot. *d. I. B. & P. l. 2. c. 4. n. 5. 6. & 13.* Pertinet huc R. A. zu Augspurg de Anno 1548. §. vnd sol vnser. Verb. sondern auch ob einer deß Reichs Anschlag befreit / da wider wie in solchen Fällen recht, ist præscribiret. &c. §. Wo aber innerhalb Menschen gedencken.

XVI.

De Immediatis regalibus privilegio concessis solus imperator cognoscit, quando de validitate privilegij, aut interpretatione disputatur.

Cæsar primò solito de privilegio iudex.

Romanos olim Imperatores, qui soli ll. condebant privilegiaque dabant, nemini quoque facultatem dubiam legem aut privilegium interpretandi concessisse, patet *ex Novel. 143. princ. l. n. l. 9. & ult. C. d. ll. l. 101. ff. d. reg. iur. & l. 43. vers. beneficia quidem, de vulg. & pupill. subst.* Quantam etiamnum potestatem Cæsar obtineat in decidenda lite de privilegijs orta arguit Capitulatio Ferdinandi II. *art. 22.* Vnd were es Sache das in solchen Fällen newer Zölle vnd Vffsetze halben etc. Die Churfürsten zu rechtlichen Außsprüchen active oder passive gerieten/ demnach solche Zöll Regall vnd privilegia allein von Römischen Kaysern vnd Königen mit Bewilligung der 6. Churfürsten im Reich erteilet werden / vnd also der darüber einfallender Streit entscheidung/ vor niemand anders als vns gehörig / sollen solche rechtliche

Anspra-

Anspruchen / vor uns außgeführt und erledigt werden. Neque Cameralis Iudicij præventionem in ijs locum habere, ejusdem articuli verba ostendunt. Und kein Churfürst schuldig sein / sich derenthalben weder an unserm und des Reichs Cammergericht etc. anstrengen zulassen. Iung. Andr. Gail. *l. 1. obs. 1. n. 7. & 13.* Quamvis illud quoad juris administrationem in civilibus Cæsarem repræsentet, *teste eod. l. 1. obs. 29. n. 13.* Cæterum Imperatorem ipsum solùm quando hoc casu jus dicere affirmamus, Cameram paresque Curiæ nos excludere intelligendum est; non verò statuere judicium hoc præsente Cæsare hodie exerceri. Quamvis enim priscis temporibus reges principesque ipsos jus (in magnis præsertim causis) reddidisse historiæ ejus ævi indubitatum faciant; tamen successione temporis & Maximiliani præsertim seculo hoc in usu esse desijt, cæperuntque magnates judicia circa res maximas etiam ministris committere: quod quemadmodum apud omnes proceres nostræ reipub. hodie invaluerit, clarius est quàm ut probari debeat. Vices autem Imperatoris gerit hâc in parte Consilium Aulicum, der Reichshoffrath / de quo postea commodiùs dicetur.

XVII.

Secundò in regal. feudo regali annexis etiam Cæsar Iudex.

Solus quoque Imperator, exclusâ Camera, Iudex est in immediatis regalibus, investitura quæsitis & cum feudo conjunctis.

Notandum hic est, regalia alia esse absoluta, separata, simplicia s. merè talia, alia feuda regalia quæ feudo annexa sunt: quomodo plerumque conceduntur, uti cum castro Iurisdictio, cùm multa aliàs inutilia sint. Conrad. ab Einsidel *C. ult. de regal. n. 26.* Pertinent verò lites de regalibus connexis ad eundem judicem, ad quem cognitio de feudo cui connexa sunt, deferenda est, quod causæ continentia secundum *l. nulli 10. C. de Iudiciis l. 1. & 2. ff. quibus rebus ad eundem iudicem* duas pluresve causas ratione rerum connexas disjungere prohibeat V. Gail. *pract. obs. l. 1. obs. 32. n. 2. & seqq.* Eundem *de pac. publ. l. 1. cap. 6. n. 2. 3. 4. 5.* De judice verò competente ipsius feudi regalis, diversæ sunt Dd. opiniones, quas recenset Limnæus,

naeus d. jur. publico l. 2. c. 9. Nos cum iis facimus, qui cognitionem hanc exclusâ, ut diximus, Camerâ, Cæsari paribusq; Curiæ, h.e. statibus Imperij tribuunt. Indeque jus, quod Principum vocatur, das Fürstenrecht/ exortum esse statuimus, de quo Christoph. Besold. *thes. pract. verb.* Fürstenrecht. Iung. præjudicia Cameræ *vers. Feud.* §. *Feuda alienabilia, in causâ* Meschlerin *contra* Fugger *Vers. & quod feudorum imperii nulli alii sint pares & iudices quam ipsimet status.* Equidem à Cameræ jurisdictione excepta esse magna feuda, facilè probat ordinatio eidem præscripta, *p. 2. t. 7.* §. Ob auch Sachen fürstlen/ Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Grafschafft etc. belangent/ so vom Reich zu Lehen rühren/ so einem Theil gäntzlich vnd entlich abgesprochen werden solten/ derselben Erkändtniß wollen wir der Käyserlichen Majestät/ oder jhrer liebd/ vnd Käyserlich Mayt. abwesens vns/ als Römischer König hierin/ doch sonst in andern Sachen dieser Ordnung vnabbrüchig/ vorbehalten haben etc: Quomodo & Regimentum hisce de causis sententiam ferre prohibetur ordin. Regiment. anno 1521. §. Ob auch Sachen &c: Neque tamen ex eo firmè satis inferri videtur, quod pares Curiæ simul ab harum causarum cognitione excludantur. Etenim à Camerâ hâc constitutione dictæ causæ excipiuntur, sicuti & aliæ antecedentibus capitibus ab eâdem exceptæ sunt, idemque judicium *de* §. ordinationis regimenti faciendum; quod utrum ad parium judicium extendi debeat, non immeritò dubitatur. Quin & antea Imperatores ità locutos animadvertere licet, cum tamen pares omnino sunt adhibiti, uti ostendit Clariss. Conringius *dissert. de Iudiciis German. n. 50. junct. n. 65.* Accedit quod jus aliquod nisi expresse, non facilè correctum existimetur. *arg. l. 27. C. d. testament. l. 32. §. fin. C. d. appellation.* Cæterùm quantam autoritatem in magnis hujusmodi causis decidendis hodie obtineat Iudicium Aulicum, des Heiligen Reichs Hoffrath/ ex constitutione ejusdem à Ferdinando I. firmatâ, novumque in ordinem â Matthiâ Imperatore redactâ patet. Ita enim habet Ordinatio novi Iudicij Aulici *T. 2.* Jn vnsern Reichs Hoffrath sollen alle vnd jede Sachen vnser Kayserthumb/ das H. Römische Reich/ derselben Hoheit/ Recht/ herlich-

vnd Gerechtigkeiten / Pfantschafft / Lösung / Regalien / Hohe vnd Niederlehn etc: so viel solche die Iustici belanget etc. angenommen / gerechtfertiget / darüber erkandt / vnd die Notturfft expediret werden. Atque initiò quidem hoc Aulicum judicium à Statibus nonnullis Imperij satis oppugnatum esse perspicuum facit inter alia Cap. secundum Archivi Vnitorum protestantium, quod habetur In der Fürstl. Anhaltischen geheimben Cantzlei. Ibi ex literis Vnitorum ad Cæsarem Anno 1613. 7. Augusti refertur, Daß der Käyserliche Hoffrath die Iurisdiction gar zu weit erstrecke / vñ jhm ein solche vnlimitirte macht / über die Ständ deß Reichs / beydes in prophan vnd Religion sachen / zu cognosciren zueignen wollen / welches zumaln vnerträglich / vnd den alten deß Reichs Cammergerichtsordnungen durchaus entgegen vnd zuwieder. Hodie tamen id firmam satis obtinere autoritatem nemo fortaßis negaverit, cùm in Capitulatione etiam ejus ratio habeatur. Cap. Ferdinandi II. *art. 39. & 40. &* Cap. Ferdinandi. III. *art. 43.* Insonderheit aber vnsern geheimen vnd Reichs Hoffrath / etc: also bestellen damit männiglichen schleunige unpartheysche Iustitia administriret werden möge. Ejusd. Capit. Art. 44. vers. Was auch einmal in gemelten vnsern Reichs Hoffrath in contradictorio judicio cum debitâ causæ cognitione ordentlicher Weise gehandelt vnd geschlossen ist / dabey sol es allerdings verbleiben / vnd von niemand anders von newen in cognition gezogen / noch dessen execution gehindert werden.

XIIX.

Inter Cæsarem & inferiorem Iudex est Palatinus.

Atque ita Cæsar judicat ubi lis est inter immediatos. Quando vero controversia de regalibus inter ipsum & inferiorem, distinguitur; Vbi Imperator ut talis convenitur, forum Palatini est, secus ubi de alijs causis agitur.

Quicunque Iuris civilis rationibus subnixi Imperatorem in propriâ causâ Iudicem constituunt, illi nimis alienè judicant ab hodierno statu Imperij. Quamvis enim Tiberium & Antoninum Imperatores sibi ipsis jus dixisse constet, *ex*

l. 41. ff.

l. 41. ff. de hered. Instit. & l. 3. ff. de his quæ in testamento delentur; tamen per capitulationes restrictæ Imperatorum nostrorum potestati idem tribuere, quod absolutæ Majestati Latinorum, id verò facere non potest, quicunque ex legibus regni fundamentalibus judicium facit de potestate imperantis. Vid. Dn. Carpzovius *de l. regiâ Germ. c. 14. l. 6. n. 1. & seqq.* Verisimile autem est Imperatorem ab initio voluntarie coram Palatino se sistere dignatum esse, idque longo temporis usu deinceps in consuetudinem abiisse, juxta textum. A B. *in c. 5. verb.* von alter Gewonheit. Quemadmodum & Iure Cæsareo receptum, eoque Iure utimur, ut si quis minor vel æqualis subjiciat se Iurisdictioni alterius possit ei & adversus eum jus dici, *l. est receptum 14. de Iurisd.* Vnde minuenda prorsus eorum opinio est qui hanc judicandi potestatem, præsuli Vaticano adscribendam somniant, jure nullo, & argumentis à proprio testimonio desumptis. Neque verò causæ ad hoc judicium omnes pertinent, quamvis verba capituli sint generalia *§. ult.* Wie wol ein Käyser oder Römischer König / von sachen wegen. Neque probamus nugas quas de his commemorat compilator Iuris Saxonici, Weichb. *l. 1. art. 8.* Relinquitur verò dubium, utrum illud *c. 5.* A. B. ad causas feudales extendendum sit, an verò Palatinus in non feudalibus saltem judex Cæsaris constituatur. Nos contra Sixtinum priori casu, solis paribus non verò Palatino, multò minus Imperatori ipsi, quæ Obrechti opinio est, cognitionem tribuimus. Scilicet textus A. B. cum generalis sit, non præsumitur corrigere specialem, *in C. 1. §. sententiâ, de pace constant. in fin. & 2. f. 55. §. pen.* Ex quibus satis patet, judicio parium Cæsarem se in feudalibus submittere. Et in toto Iure speciei per genus non derogatur, *arg. l. 80. d. reg. Iur. Junct. l. 28. ff. d. ll.* Causæ enim feudales specialiter privilegiatæ sunt, quod earum cognitio ad ullum alium quàm ad pares Curiæ non pertineant, ideoque ipsis per A. B. ceu generalem, quæ nec ullam causarum feudalium mentionem facit, haud derogabitur. Vid. Schrad. *d. feudis C. 12. conclus. 3. n. 1. & seq.* Vult. *de feud. l. 2. c. 2. n. 24.* Gerlach. Buxtorf. *ad A. B. c. 5. h. 11. lit. C.* & toto demensa horreo exhibens VVilhelmus An-

tonius à Freudenberg *in corroll. post. tr. de rescr. morat. cor. 2. ex A.B.* Verùm ut hoc in regalibus feudi titulo concessis, aut feudo aliquo connexis dubium non est: ita si de regalibus quæ jure allodij possidet Imperator, vel quæ ei ut tali competunt (ut sunt potestas concedendi feudum regale, jus Academiæ, civitatis &c.) lis eidem moveatur, apud Palatinum id faciendum arbitramur, cum Imperator tanquam Imperator coram nemine aliàs conveniri possit. Vid. Dn. Reinking. *de Regim. secul. & eccles. l. 1. clas. 2. n. 165. 166. & seqq. eod. l. clas. 4. c. 4. n. 3.* Atque hinc eodem etiam referimus casum ubi de male administrato Imperio, vel tali causa propter quam remotioni locus, quæstio occurrit, ita tamen ut reliqui Electores non excludantur, cum eorũ quoq; autoritas & consensus requiratur. Vid. Anton, *in d. coroll. 3. lit. b.* Dn. Benedict. Carpz. *ad. l. Reg. Germ. c. fin. n. 21.* eund. *syn. Iuris feud. diff. 4. q. 3.* Verum non sine controversia est, nũ Imperator alios quoq; corã Palatino convenire possit? Quod negamus, tum per textum, *expr. d. c. 5.* qui loquitur saltem de Imperatore convento. Ibi: von sachen wegen angemutet wird / tum quod nullo modo sequatur, Titius coram Sempronio conveniri potest: ergo coram eodem alios quoque conveniendi facultatem habet; cum rei forum ordinarie sequendum sit, causarum quoque diversitas diversum sæpe forum requirat: tum veró quia ubi causæ feudales, sunt illæ ad pares Curiæ spectant, ut supra diximus: si Fiscales autem vel contra statum Imperij intentandæ; ad Cameram imperialem. *O. C. p. 2. t. 20. v. 27.* Si verò contra status immediati subditum, hodie ad judicem ejus ordinarium ablegandæ veniunt, *arg. l. 2. C. de Iurisd.* Rumelin. *ad. A.B. diss. 5. th. 13. & 14.*

XIX.

Camera quando Iudex.

I.

Contra Cæsar solus non cognoscit sed etiam Cameræ concurrit Iurisdictio I. Vbi agitur de regalibus privilegio immediate concessis, excepta tamen quæstione de ejusdem substantia, aut interpretatione.

Vidè

Vide *th.18.* Cameræ Iudicium consentientibus Ordinibus Maximiliani tempore institutum Spiræ hodie celebrari, nemini ignotum esse potest. Necessitas Cæsarem ordinesque adegisse videtur, ut novum statumque in Germaniâ tribunal instituerent: quippe cum forum unà cum Cæsare ambulatorium litium appellationumque multitudini sufficere non potuerit. Quod ex ipsis recessibus imperij non difficulter colligitur, R. A. de anno 1566. §. Nachdem der Gemeine &c: dieweil vnser Käyserlich Kammergericht anfänglich damit jedermänniglich mit wenigster beschwernis zu seinem recht verholffen werden möchte / geordnet &c: *& in fin. huius* §. Das von wegen der grösse vnd viele der rechthängigen Sachen &c: eademque causa effecit, ut numerus Assessorum augeretur, ut §. sequens ostendit. Cæterùm concurrentem cum Cæsare jurisdictionem Cameram obtinere, patet inter aliâ ex ordinat. judicij Aulici. *T. 2.* §. So wollen wir auch / das vnser Reichshoffrath sonsten vnd in den Fällen / darinnen wir vnsere Vorfahren am Reich vnserem Cammergericht &c: concurrentem jurisdictionem mitgetheillet. &c: Nonnullos tamen casus exceptos esse testatur Gail. *l. 1. obs. 1. n. 13. & obs. 29. eiusd. l. n. 1.* Inter eos cùm is, de quo agimus, non reperiatur; Cameræ cognitionem hic locum habere affirmamus, *arg. ord. Cam p. 2. t. 27.* Accedit, quod de privilegijs ratione pœnæ insertæ Camera rectè judicet. *Praeiud. Cam. verb. privilegium §. si quisquam privilegium.* Thomas Michael *de Iurisdict. th. 13.*

XX.

II. Lites de regalibus immediatis per investituram separatim collatis etiam in Camera rectè tractantur. II.

In regalibus feudo connexis Cæsari exclusâ Camerâ juris dicendi potestatem supra attribuimus; quemadmodum & in ipsis feudis regalibus ex quorum jure ista æstimantur, *th. 17.* De immediatis separatis contrarium dicendum erit; tum quod multis differentijs inter se distent isthæc jura incorporalia & feuda regalia, uti rectissime docet Sixt. *l. 1. c. 3. per tot.* tum quod Cameræ jurisdictio fundetur regu-

lariter in causis etiam feudalibus ubi quæstio non est de ipso feudo regali, utpote casibus non exceptis *arg. d. ordinat. p. 2. t. 27.* Enimvero si inter duos immediatos vasallos de ejusmodi feudo Imperij contentio sit, equidem jure communi expeditum est Cæsarem judicare, per clarum *text. 1. f. 18. apud quem vel quos controvers. feud. defin.* ubi dicitur si contentio fuerit de beneficio inter capitaneos, coram Imperatore definiri debet; sive fuerit contentio inter minores valvasores & majores de beneficio, in judicio parium definiatur, vel per judicem curtis. Attamen novissimo jure & Cameræ jurisdictio hic fundabitur ex præventione, quod per modum contractus ex ordinatione Cameræ concurrentem cum Cæsare jurisdictionem habeat, adeoque eundem quoad juris justitiæque administrationem repræsentet. Si itaque partes prius Cameram quam Cæsarem adeant & citationem petant, jure præventionis illa decerni & causa ibidem agitari poterit, *arg. C. cum plures de offic. deleg. in 6.* Atque ita in controversijs hujusmodi feudalibus inter personas immediate Imperio subjectas processus in Camera decretos esse, multis præjudicijs adductis firmat docetque Andr. *Gail. 1. obs. 29. & obs. 121. n. 3.* & *Hartm. Hart. ab Eppingen. pract. for. lib. 2. t. 54. obs. 42. in add. n. 2. Iung. Meihsner. decis. Cam. tom. 4. decis. 4. n. 17.* Eadem autem ratio est in regalibus ab Imperatore separatim in feudum concessis. De quibus lite oborta etiam Cameram rectè cognoscere, vel ex ipso usu & praxi processibusque in Camera primæ instantiæ varijsq; regalibus longè certissimum est. Vid Schrad. *de feud. p. 10. sect. 2. n. 70. Rosenth. de feud. c. 12. conclus. 1, 2. n. Gravem. ad Gail. lib. 1. conclus. cap. 9. 11.*

XXI.

III. Quod de separatis regalibus diximus, idem de parte aliquâ tam separatorum quàm connexorum regalium statuendum est.

Eodem argumento hæc conclusio nititur, quo anteriorem probavimus. Neque dubium in partibus separatorum. Licet verò de connexis diversum suadere videatur, quod supra

pra diximus ea æstimari jure totius, sicque Imperatorem exclusâ camerâ, eorum judicem haberi. *th. 17.* manifestum tamen est ex verbis Constitutionis Imperij de *anno. 1521. §. ob auch Sachen & ordinat. Cam. p. 2. t. 7. verb.* Gänglich. Cæsarem tantum cognitionem de toto feudo regali vel toto regali connexo sibi reservasse, ideoque quantum ad partem regalis etiam connexi Cameræ potestatem non impedire. Ideoque non officit, quod idem dicatur juris esse in parte, quoad partem, quod juris est in toto quoad totum. *arg. l. quæ tota 76. ff. d. R. V.* Per quod Schraderus *de feud: parte X. S. 2. n. 65.* in contrariam sententiam prolabitur. Respondemus enim regulam *legis 76.* tamdiu obtinere, quamdiu nihil dispositum invenitur contrarium, quod in his, quæ juris tantum esse positivi tralatitium est, indubitatò obtinet. Quod autem hic aliud constitutum sit, ex verbis Gänglich in utroque antea allegato textu satis patet. Vid. Sixt. *l. 1. c. 8. n. 19. & seq.* Rosenthal. *cap. 12. conclus. 1. n. 30.*

XXII.

IV. Etiam Camera in primâ instantiâ rectè aditur, quandocunque possessorium summarissimum de regalibus instituitur, neque interest, utrum de absolutis vel connexis, an de parte aut toto, lis agitetur. IV.

Possessorium judicium illud dicitur, in quo de possessione principaliter agitur. Inter species hujus judicij numeratur & illud, quod summarissimum appellatur. Estque judicium, quod magistratus inter duos de possessione ex justis causis extra judicialiter contendentibus summariè & brevite exercet, *Ordin. Cam. p. 2. t. 21.* Peragit autem hoc magistratus vel interpellatus, vel necessitate urgente, (scilicet si res ad arma spectet,) ultrò, possessionem sequestrando, vel inhibendo ut uterque eâ abstineat. Gail. *l. 1. observ. 5. n. 2. & 9. ibid. obs. 4. n. 1.* Præjudic. Cameræ. *Vers. possessio litigiosa §. Requisita & S. In causâ, ubi in Causâ.* Rotenburg contra Graffen zu Hohenlohe *19. Decembris anno 91. ita judicatum affirmatur.* Inhibetur verò

possessio

possessio hoc modo in eum finem, ut interea temporis, cui summariè attribuenda sit, judex possit statuere, uti facilè colligitur ex *d. t. 21. ordinat. Cam. p. 2.* Iung. Gail. *d. obs. 6. n. 1.* Fundata itaque est Cameræ jurisdictio, quod per hoc summarissimum ne quidem ordinario possessorio officiatur multoque minus ipsi petitorio *c. fin. 2. q. 6. §. de possessione* neque etiam ipsa Constitutio Imperij *anno 1521. & §.* ob auch Sachen. *& O. C. p. 1. t. 7.* reclamitet, cum tantum agant de causis quibus de toto feudo regali finaliter judicatur, ita ut nullum de his judicium reliquum maneat; quod de summarissimo nostro, & ordinarium possessorium & petitorium ipsum post se relinquente, nemo affirmaverit. Iung. Sixt. *l. 1. c. 8. n. 23.* Proinde hic ita fundatur tum jurisdictio ut finito hoc judicio eadem finiatur Gail. *d. obs. 6. n. 7.* Cæterum Sixtinus *plenarii quoq; possessorii* definitionem Cameræ tribuit. Illud autem quamvis verũ in regalibus absolutis, aut parte aliquâ connexorum, per antecedentes conclusiones: tamen in connexis, & si de toto agatur, à vero esse alienum existimamus. Ideoque his casibus solum Cæsarem exclusa Camera judicare. 1. quia ubi de feudis regalibus totaliter & finaliter judicandum, Cæsaris tantum est jurisdictio juxta. *verb. O. C. d. p. 2. t. 7. & Const. Imp. de anno 1521. §.* ob auch sachen Gail. *l. 1. obs. 29. num. fin.* Atqui in plenario possessorio eo modo est judicandum. E. ejusdem tantum non vero *de feud. reg.* & Cameræ est jurisdictio. Minor exinde probatur, quod in possessorio hoc ratione possessionis entlich / finaliter, definitive (cum post hoc finitum non supersit aliud possessorium) sit pronunciandũ: & gänglich ita, ut necesse sit prima petitione penitus explosa, proprietatis judicium intentare. 2. Verba ista hæc gänglich und entlich / ita interpretari licet, ut illud referatur ad objectum judicij seu rem ipsam controversam, hoc vero ad sententiæ qualitatem: ut sensus sit, tum demum ordinationi locum esse & Cameram excludi, si de Ducatu & Comitatu totoq; feudo Imperij seu regali is sit, ut illud uni parti gänglich/totaliter, & entlich/finaliter sive per definitivam sententiam debeat abjudicari. Iam vero & per ordinarium possessorium & per petitorium res controversa definitive abjudicatur illic

ratione

ratione possessionis, hic ratione proprietatis. Ideoque ab utraque Camera excludenda veniet. 3. Accedit quod continentia causæ ex naturâ actionis sive judicij non admittit, ut plenarium possessorium, quod præparatorium est petitorii. *Arg. l. 13. C. d. R. V. & l. 3. C. d. interdict.* non coram eodem judice agitetur. Idque ipse Sixtinus *dict. c. 1. 34. & 31. ex l. 10. c. de iudiciis.* rectè evincit, testaturque Gail. *l. 1. obs. 7. n. 3. & seqq.* Ex quibus si judicium facias, de nostrâ quæstione, facilis erit decisio; cum antea unâ probaverit Sixtinus litem in petitorio de regalibus connexis ad solius Cæsaris forum pertinere. Iung. pro nostra sententia Dominic. Arumeum *ad A. B. disc. 3. th. 42.* Limnæ *de I. publ. tom. 1. lib. 2. c. 91. n. 78.*

XXIII.

Ob denegatam justiciam Cam. aditur.

Hi sunt casus, in quibus & Cameræ forum est competens. Quibus addi potest iste, quando ob denegatam aut protractam justitiam Camera per modum simplicis querelæ aditur.

Ordinat. *Cam. p. 2. t. 1. §.* Es sol auch *& t. 26. §. 1.* Gail. *obs. 1. l. 1. n. 21.*

XXIV.

Austregæ quando judices

Duos Iudices regaliorum immediatorum absolvimus: restat forum tertium quod Austregarum est.

Principes Imperij nostri cum eidem proxime & immediate, ut dicitur, subsint, neminem alium admittere ordinarium judicem, probatione non indiget. Ne autem pauciora hanc ob causam haberent juris remedia judicia arbitraria Austregarum, quæ ab initio quidam tantùm sibi constituerant, in id à Cæsare privilegiata sunt, ut omnes promiscuè Principes, nonnullique ex reliquis immediatis (hi suo tamen modo) ijs uti possunt. Dicuntur autem Austregarum judicia seu Austregæ à Germanico modo loquendi eine Sache mit recht austragen inde Austräge/ gewilkürte Austräge. Et sunt judicia arbitra-

ria, in quibus immediatus imperij subditus coram sui ordinis viris conveniri potest.

XXV.

Ordines Austreg.

I.

Austregarum verò certi sunt ordines. Primo qui continētur Principes & principali dignitate illustres, Churfürst: Fürste vñ Fürstmässige sive à mediatis sive ab immediatis, in prima instantia non nisi coram Austregis conveniri possunt.

Ordinat. *Cam. p. 2. t. 4. §. 1. Innct. §. ult.* Vnd sollen solche Außträge der Prelaten Graffen/ Herrn/ Ritterschafft und Städte in aller massen wie der obgesetzte / auch mit den Bürgern/ Bawren/ vnd andern Vnterthanen gegen den Fürsten / vnd Fürstmässigen stade haben.

XXVI.

II.

In secundo gradu possit; Comites Barones & Nobiles immediati conventi à sui vel superioris ordinis aliquo habent hoc privilegium, sed ab inferiore aliquo vel mediato rectè in Cameræ judicio appellantur.

Ordin. *Cam. p 2. t. 3. & 5.* Gail. *l. 1. obs. 1. n. 17. & 46.*

XXVII.

III.

Civitatibus imperialibus, qui tertium gradum immediatorum conficiunt, utrum jus hoc indistinctè tribuendum sit, dubitari potest.

Cum enim insigne hoc privilegium sit, & ejusmodi non facilè extendi debeant. *arg: l. 1. de Const. princip. & l. 14. ff. de ll. itemq; l. 21. de testamento militari l. 196. d. R. I.* rectè etiam inde colligi videtur, civitatibus imperialibus, quarum in constitutionibus de Austregarum judicio nulla fit mentio, jus hoc denegandū esse ideoq; eas protinus in Camera imperiali conveniendas. Quod tamen cum eâ restrictione facimus, quam

adhibet

adhibet Gail. *d. observ. 1. l. 1. n. 20.* de singulariter ad hoc privilegiatis. Add. Petr. Frider. *de process. lib. 1. c. 18. n. 3.* Herm. Vult. *comm. ad tit. C. de iurisd. & for. comp. tit. 24. n. 47.*

XXVIII.

A judice in regalibus immediatis transimus ad mediatè acquisitorum forum.

In mediate acquisitis est judex dominus proximus.

Regalia consensu privilegioque Cæsaris ab inferiore rectè concedi usus testatur, probatumque latè D. Klockio *tr. de Contrib. c. 4. n. 274.* Borcholt. *de feud. c. 4. n. 12.* Rosenthal. *synops. feud. c. 2. concl. 1. n. 3. gloss. c. & c. 5. concl. 2. n. 4.* Exinde est, quod ad modum subfeudorum sese habeant. De quibus cùm à Feudistis latiùs tractentur, nos breviores hic in parte erimus. In subfeudis verò, & ad horum exemplum in regalibus mediatè acquisitis, lites oriuntur vel inter *Vasallum & Vasallum, vel inter Dominum & Vasallum.* Vult. *de feud. c. 2. n. 1.* Inter Vasallos Dominus proximus judex est. *text. in C. Imperialem §. 1. vers. preterea. 2. f. 55. &c. Caterum ext. d. indictis* Vult. *d. c. 2. d. 11.* Nicolaus Mozzius *de Naturalib. feud. n. 111.* Altero casu inter Dominum & Vasallum pares Curiæ judicant; pares curiæ quasi inter se pares dicuntur, suntque Vasalli, qui ab eodem Domino in eodem territorio feuda tenent. Vult. *l. 1. d. feud c. 7. n. 25.* Tribuitur ijs cognitio inter dominum & Vasallum per *text. in c. 16. & c. 39. §. si inter c. 55. f. 2. in fin.* Vid. Bartol. *comment. in consuet. feud. c. 10. n. 15.* Hæcque ad regalia mediatè concessa rectè applicantur.

XXIX.

Absolutis ijs, quæ ex feudali jure de regalium judicijs dicenda fuerunt, addendi sunt casus quibus ordinarius in ijsdem rectè aditur.

Ordinarius loci quando judex.

De qua re in genere habendum est, tunc demum ordinarium sive loci judicem de feudalibus, & sic de regalibus cognoscere, quoties lis de feudo non quatenus feudo, sed alio respectu oritur (v. g. si in hæreditatis petitione feudalia contineantur, aut si Vasallus neget, se dominum illum agnoscere)

 neque

neque enim tunc vel inter Vasallos dominus, vel inter dominum & Vasallum pares curiæ judices constitui possunt, per *text. in §. si duo & §. si tres. 2. f. 15. & 27.* Add. Regnerum Sixtinum *de regal. l. 1. c. 8. n. 54. & seqq.* Vult. *d. l. 2. c. 2. n. 14. & seqq.*

XXX.

Compromissarius.

Vltimo loco non prætereundus est judex compromissarius.

In feudis & propter eandem rationem in regalibus compromitti posse probant text. *in c. 15. 34. & 47. f. 2. Gloß. c. 55. f. 2. verb. duos.* Vid. Sixt. *c. 8. n. 60.* Ita autem erit admittenda arbitri jurisdictio. ut absque detrimento jurisdict. domini fiat.

XXXI.

Personæ litigantes.

Absolutis ijs, quæ de judice nostri judicij dicenda fuerunt, ordo exigit, ut qui litigare in eodem soleant, expendamus.

Facilè autem hoc patebit, si constet, ad quosnam regalia plerumq; pertineant, cum inter hos propriè & non alios lites in hoc genere intercedere posint.

XXXII.

Regalibus autem juribus, summatim & in thesi, utuntur Imperatores, reges, populorum rectores, aliæque respublicæ nemini subjectæ.

Regalia enim hactenus tam latè patent atque majestas, & quicunque majestatem obtinet, eidem & regalia tribuere necessum est Henning. Arnisaus *de Iur. maiest. l. 2. c. 1. n. 2.* Dn. Carpz. *d. L. R. G. c. 13. f. 2. n. 16.*

XXXIII.

Imperator

Nostrâ in republica Imperatori regalia competunt, ex quorum numero maximis consensu procerum utitur, nonnullis tamen sibi etiam reservatis.

Solent multi ex scriptoribus juris feudalis absolutam

circa

circa regalia quælibet potestatem Imperatori, eique soli in imperio tribuere, Illud verò quamvis à vero haud absit si prima spectes tempora: attamen ex quo in electitio regno potestas Cæsaris capitulationibus quoque cœpit circumscribi, ex ijs judicandum erit, quamnam potestatem & quomodo eam Imperator obtineat, proceresque in consortium majestatis esse receptos affirmandum. Iung. Dn. Carpzov. *ad.L. Reg.Germ.c.1.f.11.&12.* Illud interea negari nefas est, nonnulla ex ijs, præsertim quæ regalia appellari usus apud nos obtinuit, soli Cæsari reliqua esse, uti sunt jus investiendi de feudis regalibus, creandi Duces, Comites &c. Ius primariarum precum, de quibus alijsque in sequentibus agetur.

XXXIV.

Status Imperii possident regalia.

Post Imperatorem inter eos qui regalia possident, Status imperii præcipui sunt.

Quinam dicantur status imperij hìc definiendi locus non est: videatur de hoc Brautlachtus in *Epitome iurisprud.publ.l.1.c.3.n.6.* & Magnific. Dn. Lampadius *tr. de Republ. Rom. Germ. cap. 3. n. 1. & seqq.*

XXXV.

Primus statuum secular. ord.

Status porro Imperij vel seculares sunt, vel ecclesiastici. De secularibus primùm ordine dicemus.

XXXVI.

Dividuntur autem illi sicuti & eccelsiastici in classes, quorum prima est Electorum, principum & principali dignitate illustrium.

Duces olim rectores tantùm provinciarum fuisse temporales ex historijs Germaniæ juris publici scriptores deducunt, & longum nimis esset hìc repetere. Successione postea temporis provinciæ, quæ pleno jure imperij erant, ad Principes feudi titulo pervenerunt, præcipuè ex seculo X. post C. N, idque jus deinde factum hereditarium. Cæterum multa magnaque jura non unâ de causâ ad Principes transiisse, nobis

extra dubium positum est cùm imprimis verò ex eo, quod superioritatis, uti vocant jure, der Landesfürstlichen Obrigkeit / Landeshoheit vnd Herligkeit utantur, regalia ijsdem denegare rationi contraveniret; cum superioritas jus sit summi post Imperatorem imperij in subditos, eique connexorum regalium. Limnæus *l. 4. c. 8. n. 182. & seq.* Quod si regalia Principes sibi acquisivisse per partes probare velis, id verò haud difficile esset. Ita enim potestatem habent leges & statuta provincialia condendi, jus argentinarum, teloniorum, recipiendi Iudæos, & collectas indicendi, de quibus in sequentibus latiùs erit agendum. Conf. omnino Magnif. Dn. D. Anton. Cölerum *d. iur. Imper. Germ. sect. 40.* Præ cæteris præterea nonnullos præcipua quædam ex his obtinere constat probatumque est à Sixtino *l. 1. c. 4. n. 30.* Limnæo, alijsque.

XXXVII.

Secundus ordo.

Secundum inter immediatos ordinem conficiunt Comites & Barones.

Non minus illi atque principes jure superioritatis utuntur in suis territoriis quibus, æque ac Electoribus Cæsar indifferenter jura territorialia regalia atque privilegia confirmat in Capitulatione. *verb.* auch ander Fürsten / Graffen / Herren vnd Stende bey jhren hocheiten / würden / recht vnd gerechtigkeit vnd jhnen dazu jhre regalien vnd Obrigkeit / Freyheiten confirmiren vnd bestädigt. Add. Ioachim Cluten. *sylleg. rer. quotid. th. 27. lit. h. & ead. th. lit. I.* Buxtorf. *ad A. B. th. 60.* Facit, quod in ordinatione Cameræ recessibusque imperij Ducibus conjuncti reperiantur Comites. Kammergerichts ordnung *part. 2 th. 7.* Wie vmb Fürstenthumb / Graffschafften &c. in recht gehandelt werden sol. Idem fit in constit. de privilegijs Austregarum. *ord. Cam. p. 2. t. 2. 3. 4. & 5. in principio.* Neque verò Barones hìc à Comitibus separandi sunt, quoniam illis juncti reperiuntur in *ordin. Cam. d. l. & p. 1. t. 1.* Plura de his videri possunt apud Cluten. *d. l.* Sixtin. *l. 1. c. 4. n. 36. & seqq.* Dn. Reinking. *de regim secul. & Eccles. l. 1. class. 1. c. 15. n. 42.* Besold. *de Comitibus & Baronibus Imperii. th. 20.* Equidem de nobilibus immediatis diversæ sunt Dd. opiniones

niones num hodie pro statibus Imperij habendi, ex quibus negativam novissime defendit. Dn Carpzov. *d. L. R. G. c. 3. §. 12. n. 22. & 29.* quod ex jure sedendi & votandi in comitijs status imperij ab alijs subjectis vere & proprie æstimentur R. A. *de anno 1512. in pr.* R. A. *d. anno 1555. §.* die Welt *d. anno 1576. pr. 1548. §.* wen auch. *1500. §.* wie die jrrungen *1544. §.* vnd als sich. *1549. §.* wen auch. *1576. §.* ferner *& §.* zum siebenden. Attamen quin regalium nihilo minus sint participes, plane indubium est, cum jure superioritatis, & eminentiæ in pagis castrisque suis gaudeant Imperioque Immediate subsint. R. A. *de anno 1555.* Vnd in solchen Frieden *O. C. d. p. 2. c. 5. ibi.* Edelman oder ander des Adelsder oder die dem Reich ohn mittel vnterworffen. Et argumento est quod haud secus ac primi ordinis immediati, in constitutione pacis religionis includantur. Clariss. Dn. Syringius *de pac. relig. th. 39. l. 3.*

XXXVIII.

Tertium ordinem civitates imperiales liberæ constituunt.

Ordo tertius.

Etenim & illæ statibus imperii annumerantur, jureque territoriali suo modo utuntur. Gail. *l. 2. obs. 57. n. 7.* Dn. Carpzov. *de L. R. G. c. 5. §. 2. n. 3. & 5.* Limnæus *l. 7. c. 1. n. 49. 50. & seqq.*

XXXIX.

Hæc de secularibus. Ecclesiastici in imperio nostro habentur Archiepiscopi, Episcopi, Abbates: quibus annumerantur Magister ordinis Teutonici & Ioannitarum.

Ecclesiastici habent regalia.

Archiepiscopis & Episcopis ab Ottonum tempore, ducatus, comitatusque in Germania cæperunt tribui. Est & hoc de argumento constit. Henrici 2. *de regal. beato Petro concessis* apud Goldast. *Constit. Imper. t. 1. p. 227.* Ecclesiasticorum hoc modo potentiam, magnopere crevisse, ita ut de adimendis iis juribus Cæsares egerint, arguit constit. *Henrici quinti ad Pasc. altm Papam. Vt ecclesiastici regalia & feuda sua imperio resignent, & decimis contenti in ecclesiâ vivant,* apud Goldast. *d. tom. p. 2.*

Cæterum

Cæterùm quanta hodie Archiepiſcorum & Epiſcorum ſit poteſtas, neminem temerè latebit, cum inter Electores numerentur, multoſque ſeculares antecedant. Verùm & Abbatum ſatis magna eſt dignitas, nonnullis eorum principum titulo decoratis. uti ſunt Fuldenſis, Hirsfeldenſis, Corbejenſis aliique V. Laurent. Ohm. *de iure epiſcopal. th. 18.* Gail. *l. 1. obſ. 30.* Eundem *d.* pace publica. *l. 1. c. 8. n. 6. & ſeqq. aliquot.* De magiſtris ordinum habet Limnæus *l. 6. c. 2.* Sixt. *l. 1. c. 4. n. 130.*

XL.

Mediati regalia habeat.

De immediatis hactenus. Mediati imperij ſubditi, utrum regalia habere poſſint, difficilius eſt definire.

Dn. Klock. *tr. d. contributionibus c. 4. n. 292.* nobiles mediatos regalium incapaces eſſe exiſtimat, cum eoque faciunt alij, Nos hoc cum Sixtino ita coarctandum eſſe arbitramur, ut dicatur fallere, ſi legitimis modis ea nacti ſint, Sixt. *d. c. 4. n. 101.* Accedit quod & ex majoribus particularia quædam nonnulla privatis concedi poſsint, ut in Comitibus Palatinis conſpicuum eſt. Reform. Guter Policey Ordnug *anno 1530. tit.* Von Handwerks Söhnen. *§.* doch einer jeden Obrigkeit. *verbis* so Regalien uns und dem heyligen Römischen reich haben. Quo caſu verum eſt quoſdam, qui nec ſtatus Imperii ſunt, nec gaudent iure ſuperioritatis, tamen poſſe habere regalia, atque inter hæc & illud differentiam eſſe, de quo idem Sixt. *c. l. n. 15.*

XLI.

Res hujus judicij.

Perduxit nos ordo ad tertium noſtræ diſſertationis caput, quod eſt de rebus, quæ in hoc judicium deducuntur.

XLII.

Regalia

De regalium autem judiciis quando inſcripſimus hanc tractationem, in aperto eſt, res, de quibus agimus, eſſe regalia.

XLIII. Hæc

XLIII.

Hæc I. strictissimè denotant jura illa Imperatoris, quæ memorat Fridericus I. In c. un. quæ sunt regalia. 2. f. 56.

Ambig: resolutio

Eaque ab Imperatore ita indigitantur, quem regem jura feudalia vocant *1. f. 1. pr. & §. f. 1. f. 14. 1. f. 26. 2. f. 27. 2. f. 33. §. 1.* quomodo etiam lex, quæ de Imperatoris Romani potestate lata est, lex regia dicitur *§. 6. I. d. I. N. G. & C.*

XLIV.

II. Strictè jura summa eorum, qui illustriori aut aliâ dignitate in republicâ præfulgent.

Ita accipiuntur pafsim in recesſibus Imperij, & Capitulatione Cæsareâ quâ statibus Imperij regalia confirmantur, & in reform. polit. *t.* Von Handwercks Söhnen. Regalien/Hocheiten/ Herligkeiten. Christoph. *Besold. thes. pract.* v. Herligkeit *n. 45.*

XLV.

III. Latè eorum jura summa significant qui remp. regunt: quomodo cum juribus maiestatis convertuntur.

Arnisæus *d. lib. 2. c. 1. n. 2.* Iura summa Imperij, sacra regni. In Imperatore dicuntur Keyserliche Hoheit vnd reservaten R. A. zu Regenspurg *d. anno 1576.* §. dadurch die. Hocque sensu verum est, quod idem Arnisæus, Rumelin: *ad A. B. p. 3. diss. 2. th. 21.* & alij ajunt, non modò respublicas monarchicas, sed & aristocraticas, democraticas, mixtasque sua regalia habere. Add. Christoph. Besold. *thes. pr. verb. Regalia n. 24.* Illud etiam hic licet animadvertere quod ceu feudum & pignus aliquando significant jus feudi & jus pignoris, aliquando vero rem ipsam feudalem & id quod oppignoratur: Ita quoque regalia vocantur nonnunquam ipsæ res, quarum aut de quibus jura sunt regalia. Appellantur ita nomine regalium *in cap. un. quæ sint regal. 2. f. 56.* viæ publicæ, flumina navigabilia, bona vacantia, condemnatorum, proscriptorum, piscationum

reditus, salinarum, dimidium thesauri in loco Cæsaris inventi &c. Quæ ratio non nullos movit quod minora regalia per jura definita noluerint, certè sine omni ratione, vocabuli saltem ambiguitate deceptos.

XLVI.

Descriptio regal.

Nos Regalia ad hodiernum imperium in genere describimus, summa Iura, illis qui in illustriori aut alia dignitate in Republica constituti sunt ob eminentiam competentia, ad Reipublicæ utilitatem.

Iura dicimus eo significatu quo jus subinde denotat facultatem seu potestatem ad aliquid lege concessam *arg. l. 2. §. 16. verb. summum ius. de orig. iur. l. 137. §. 4. de verb. oblig.* Vid. Hugon. Grot. *d. I. P. & B. l. 1. c. 1. n. 4.* Summa jura sunt ratione eminentiæ, quibus respondent Germanica Hoheiten / Herrligkeiten. Agimus etiam hic de illis non qua acquirendis sed qua jura circa rem denotant & sua; nostra vel alicujus sunt; vel quod persona ad stricta sit ad ea præstanda, vel quod ex jure in re constituto jam sint acquisita & habeantur, eorumque nomine in universum remedia juris competant, quibus ea judicio persequi licet. Ita enim in Republica Germanorum nunc comparatum esse manifestum est. Neq; dubium planè de regalibus quæ jure feudi competunt, cumque plenissima utendi fruendi potestate jure patrimonii reali ad heredes etiam feudales transitoriis, sive feudis regalibus annexa sint sive separata *arg. 2. f. 23. in quib. caus. feud. amitt. in f.* Sed & aliorum hactenus eadem ratio est, quæ per privilegium conceduntur, quod sine causa non sint adimenda sed possessores penes, idoneis juris remedijs conservanda. Quin etiam de reliquis quæ Imperatori præcipua, Capitulationes Imperii leges certas ponunt, de ijsq; agendi in judicio facultatem permittunt.

XLVII.

Distributio.

Vulgaris divisio regalium ea est, quâ discernuntur in majora & minora. Illa majestatis, hæc fisci appellant.

XLIIX.

Majora regalia sunt iura, in quibus potestas & dignitas majestatis consistit. Maiora

Iung. Arnisæum d. l. XLIX.

Minora, jura ad conservandum & augendum fiscum pertinentia. Minora.

Courad. ab Einsiedel. *d. regal. c. 3. n. 3.* Bocerus *cap. 3. n. 6.* Quæ & ipsa tamen in symbolum potestatis, superioritatis atque dignitatis competere nulli dubitamus; quamvis ulterius progrediantur fisci commodum & utilitatem quoque spectantia: qui & ipse nihilominus præeminentiam suo genere portendit & arguit *arg. l. 1. §. 1 quod cuiusque univ. fac. l. 15. l. 16. l. 17. §. 1. de verb. sign. l. 7. §. f. & l. 12. §. ult. de publican. & vectig.* Atque exinde etiam facilè æstimari potest, qua ratione non nulla inter majora & minora simul numerentur, cujusmodi sunt viæ publicæ, flumina navigabilia, jura vectigalium, collationes. Enimvero eminentia, quæ in omnibus subest, major aut minor existit ratione qualitatum, quæ unum præ altero evehunt & extollunt. Cujusmodi est superioritas, seu indictio potestasque & jus ad hoc vel illud cogendi, propter quod aliquid meretur inter majora regalia collocari: & redituum perceptio, quæ priori inferior est, hocque respectu ea quæ ejusdem sunt generis ponit inter regalia minora.

L.

Quia itaq; de regalibus agitur nobis quatenus iura sunt & iudicii obiectum, frustanea etiam est quæ quapiam de re instituitur actio, nisi causarum unde ea descendit exacta habeatur cognitio: non in commodum quoq; arbitramur, si ex iis quæ iudicio hoc persequi licet, quæq; id, eo quod de caussis privatorum est longe reddunt excellentius, potiora hic distinctius nonnihil subiiciamus,

Confer Ampliss. Dn. Præsidem *d. Iur. rer. c. 1. princ. & n. 1.*

Sed ut commodè possimus procedere, de potestate civili hæc omni Reipublicæ communia, præmittemus.

LII.

Primò qui civitati præest, eam partim per se, partim per alios regit. Isto casu versatur aut circa universalia, aut circa singularia. Circa universalia versatur condendo leges, easque tollendo, tam circa sacra, quam circa profana, quæ facultas Aristoteli ἀρχιτεκτονική dicitur.

Quamobrem meritò potestatem legum ferendarum inter regalia majora referimus. Vid. Hugon. Grot. *l. 1. d. I. P. & B. C. 3. n. 6. & seqq.* à quo parum abit ratio philosophi jura majestat: præcipua enumerantis *4. polit. 14.*

LIII.

Potestas condendi leges.

In nostro Imperio hodie Imperator, consentientibus statibus imperii, leges universales condit, uti ex recessibus imperii perspicuum est.

Reform. polit. *de anno 1530. in princ.* Nach dem wir etc. einen gemeinen Reichstag haben außgeschrieben / vnd darauff all vnsere vnd des heiligen Reichs Churfürsten / Fürsten vnd Stände / zuerscheinen erfordert / sampt jhnen alles für zunehmen / zurahtschlagen / zuhandeln / vnd zuschliessen etc. *ordn. regimenti d. anno 1500. in fin. princ.* Mit ein mutigem Raht und willen / auch zugeben / und annemen etc. fürgenommen und geschlossen. *ordin. Cam. d. anno 1555. In princ.* Vnd darauff mit Raht / zuthun / vnd vergleichung bemelter Churfürsten / Fürsten / vnd der Stände / solche ernewerte Ordnung obberurter massen / vnd durch eine sondere constitution in daß H. Reich zu publiciren lassen etc. R. A. *d. anno 1521. §. Item* so haben wir uns mit Churfürsten / Fürsten / vnd Ständen / vnd si hin wiederumb sich / mit uns vereinigt. R. A. *d. anno 1559. §.* damit dan.

LIV.

Potestas concedendi privilegia.

Privilegia vero eundem nullius consensu ad-

hibito concedere communis est opinio:

V. Dn. Reinking. *d. R. S. & E. l. 1. clas. 3. c. 12. n. 41.* Attamen si illa de rebus Imperij sint, vel in quibus alteri Ius sit quæsitum, consciis statibus olim ab Imperatoribus Germanis data fuisse argumento est constit. Ottonis primi, ubi Magdeburgo ciuitatis jura concessit. De locatione & privilegio Cam. imperialis Magdeburg. apud Goldast. *Const. imper. tom. 1. p. 215. §. 8. Iung.* R. A. *d. anno. 1548. §.* wie wol auch. Hodie consensum Electorum necessarium esse, si de rebus alicujus momenti sint, exinde constare potest, quod in hujusmodi nihil se absq; consilio Electorum facturum juret Cæsar. *Cap. Ferd. 2. art. 39.* & Ferdinandi III. Imperat. August. *art. 42.* Wir sollen vnd wollen auch etc. in wichtigen Sachen / so das Reich betreffen / bald anfangs der Churfürsten Rahts vnd bedencken vns gebrauchen. Ad potestatem legum pertinet & jus extremæ provocationis, quod à Cæsare non appellatur *arg. l. 1. §. 1. qui & à quib. appell.* ut nec à Camera *O. C. p. 2. t. 31.* jus item indicendi Comitia universalia, quod ex Capitol. Car. V. §. dergleichen sie. non fit absque consensu Electorum. Cæterum ad exemplum legum generalium sunt constitutiones provinciales Landes Ordnung / Landes recht / quas ferunt Principes consensu ordinum provincialium, Der Prelaten Ritterschafft vnd Städte. Andreas Gail. *de arrestis imperii, c. 9. n. 1.* Iohannes Limnæus *l. 4. c. 8. n. 253. & seqq.* Christophorus Mingius *de superioritate territoriali th. 71.* Indeque est, quod Camera secundum eas judicare tenetur. ordinat. Cam. *part. 1. tit. 57.* Es sollen auch Cammerrichter etc. nach redlichen / erbaren / vnd ländischen Ordnung / Statuten vnd gewonheiten der Fürstenthumen etc. Herschafften etc. Nonnulli etiam Immediati jus non provocandi in suis territoriis habent simpliciter, alii ad certam summam & cum conditione.

LV.

Ita se res habet circa profana, sacra huc spectant quoad curam religionis. Vnde. I. Ius Cæsari de religione, legibus Imperii restrictum. II. Ius conciliorum. III. Iura sacrorum hodie pace re- *Iura sacrorum.*

 ligionis

religionis inita unusquisque immediatus, vi juris territorialis in suo territorio obtinet, cui annexa potestas faciendi ordinationes & constitutiones ecclesiasticas.

R. A. anno 1518. §. Erstlich / 1530. nach dem aber. 1525. §. Und nach dem etwann / 1516. §. Und anfänglich / 1551. § Dieweil dann sich. Conf. Iohannes Limnæus *lib. 4. cap. 8. n. 206.* Dn. Reinking. *de regim. secul. & eccles. l. 3. class. 1. c. 10.* Christoph. Mingius *de superioritate territoriali. th. 62.* Pertinet huc imprimis Reichsabsch. *de anno* 1555. §. Und damit solcher Friede. So sollen Kayserliche Majestet / etc. keinen stand des Reichs / wegen der Augspurgischen Confession / etc. wieder sein conscientz / wissen / und willen / von dieser Augspurgischen Confessions Religion / Glauben / Kirchenbrüchen / Ordnungen und Ceremonien / so sie auffgerichtet / oder nachmals auffrichten möchten / in jhren Fürstenthümen / Landen / und Herschafften tringen / etc. *&* §. *seqq. Itemq.* §. Damit auch obberührte / etc. so sol die geistliche jurisdiction &c. wieder der Augspurgischen Confession / Religion / Glauben / bestellung der Ministerien / Kirchengebräuchen / Ordnung und Ceremonien / so sie auffgericht / oder auffrichten möchten / bis zu endlicher vergleichung der Religion / nicht exerciret, gebraucht / oder geübt werden. Spectat, huc quoque jus primariarum precum, quod solius Imperatoris adhuc hodie est. Vid. Buxtorf. ad A. B. *cap. 5. th. 65.* Quodnam sit, optimè declarat rescriptum Caroli IV. apud Goldast. *constit. Imper. t. 1. p. 343.* & constitutio Rudolphi I. Habspurgens. apud eund. *t. 3. p. 406.* Iung. Thomam Michaël. *de iurisd. th. 13. lit. a.* Eadem ratio est juris absolvendi à juramento quo ad effectum agendi. Reichs-Absch. 1555. §. Und sollen die jenigen / & §. Und sol in diese beyde / *O. C. p. 2. t. 24.* atq; juris ordinandi ferias universales. *arg. l. 4. C. de feriis.*

LV.

Belli & pacis Ius.

Post legum ferendarum potestatem juraque sacrorum accedimus ad singularia, circa quæ versatur potestas civilis, ad ea pertinent quæ vel di-

recte publica, vel privata quidem sed ad publicum ordinantur. Ars circa ea quæ directò publica Aristoteli πολιτική vocatur & βουλευτική. Cujusmodi I. est potestas belli & pacis.

Arnisæus *de iur. maiest. lib. 2. c. 1. n. 9.* Sixt. *l. 1. c. 2. n. 10. & l. 2. c. 1. n. 16. & seqq.* Einsidel *c. 2. n. 34. & seqq.* In nostro imperio absque consensu procerum Imperator bellum neque intra fines imperii, neque extra potest movere. Capitulat. Caroli V. §. 11. & capit. Ferdinandi Tertii §. 11. Wir sollen vnd wollen vns auch dazu etc. keine Gezänck / Fehde / noch Krieg / in oder ausserhalb deß Reichs von deßelben wegen anfangen. Pertinet huc R. A. de anno 1544. §. So achten wir. Dissentit Sigism. Finckelthaus *controv. fend. disp. 4. th. 9. lit. a.* soli hoc Imperatori tribuens. Neque eicirca fœdera facienda majorem obtinet potestatem, quàm in bello indicendo. Handhabung des Friedens zu Worms *de anno 1495. T.* die Königliche Majestät soll keinen Krieg anfahen / auch kein einigung oder verbündnis annemen. Capitul. Ferdinandi secundi art. sexto. Wir sollen vnd wollen dazu für uns selbst / in des Reichs händeln / keine Bündnis oder einigung mit fremden Nationen / noch sonsten im Reich machen. etc. Principibus imperii jus armorum competit ad suam defensionem *ord. pac. anno 1521. T.* Die peen aller Friedbrecher *circa fin. Recess. d. anno 1526. §.* darauff so haben wir uns. Eo autem ipso quod jus armorum habent Principes, simul complecti armandias, h. e. jus habendi fabricas armorum bellicorum, & armamentaria publica. Boc. *c. 2. n. 128.* cæteraque quæ ad defensionem sunt necessaria, in aperto est. De quibus pluribus agunt Sixt. *lib. 2. c. 1.* Knich. Encyclop. *c. 16. n. 111. & seqq.* Refertur etiam huc jus concedendi repressalias de quo vid. Grotium *d. iur. bell. & pac. l. 3. c. 2.* Gail. de pignor. *obs. 1 n. 5. & 101. obs. 2.*

LVI.

II. Ius constituendi vectigalia. *Ius vectigal.*

Arnisæus de jur. majest. *lib. 3. c. 7. n. 6.* In nostro imperio quanta hujus rei ratio habeatur, ostendit Recess. Imper. Com.

Ratis-

Ratisbon. §. dadurch den nicht allein etc. *Verb.* Sondern weil auch das alles zu vnser besonder Hoheit vnd reservaten, den so wol zu vnser Keyserlichen / als auch Churfürsten reputation, veracht Schmälerung vnd abbruch etc. & §. *seq.* Iung. quoq; antecedentes. §. Neque Imperator ea absque consensu Electorum potest instituere. Cap. Ferdinandi II. *art. 22. vers.* demnach solche Zöll regal privilegia allein von Römischen Keyser vnd Königen mit bewilligung der 6. Churfürsten / im Reich ertheillet vnd gegeben werden / etc. Iung. ejusdem capitulat. artic. seq. & antecedent. aliquot.

LIIX.

Potestas circa flumina, vias publicas

III. Ius circa vias publicas, flumina navigabilia & alia eius generis ad commoditatem commerciorum exercendorum pertinentia.

Per potestatem circa flumina navigabilia intelligimus jus cogendi subditos, ut reficiantur, per text. *l. absit. 4. C. de privilegiis dom. August. lib. 11.* ut à latronibus purgentur *l. 13. in princ. de offic. præsid.* jus conducendi sive salvi conductus, de quo *vid.* R. A. *de anno 1559. §.* damit dan die Obrigkeit. Gail. *2. obs. 64.* Et hâc quidem ratione tum quoque jurisdictionis respectu, inter majora regalia rectè collocant Vias publicas Bocer. *c. 2. n. 144.* Einsidel *c. 2. n. 264. & seq.* Sixtin. *l. 2. c. 2. n. 32. & seq.* Flumina navigabilia Einsidel *d. c. 2. n. 229.* Vid. supra *th. 49.*

LIX.

Ius monetæ

IV. Ius quoque monetæ regalibus maioribus accensemus.

Capit. unic. quæ sunt regal. Neque enim commodè commercia exerceri possunt absque nummi usu, & quantas in universam rempubl. turbas inferre queat, monetæ mutatio aut depravatio, id quidem magna calamitate Germania non ita dudum experta est. Quare non minus hâc de re, quâm de aliis ad tranquillitatem reipublicæ pertinentibus, in regni nostri comitiis actum invenimus. Vid. omnino Arnisæum *l. 2. de iur. maiest. c. 7.* Sixt. *L. 2. c. 7. n. 53. & seqq.* Ad status imperii aliosq; inferiores hoc jus hodie transiisse nemo ignorat. Vid. R. A. anno 1551.

no 1551. §. So haben wir vns/ *verb.* dergleichen die jenigen so von vns oder vnsern Vorfahren im Reich mit dem Regale der Müntz gefreyet sind. Constitutionibus imperii cautum tamen est, ne absque Electorum consensu cuiquam concedatur, Capit. Ferdinandi II. *art.33.* Wir sollen vnd wollen auch hinfüro ohne vorwissen der sechs Churfürsten niemand weß standes oder wesens er sey / mit Müntzfreyheit begaben oder begnädigen / etc.

L X.

V. Ita impositio quoque collectarum de regalibus potioribus est.

Ius collectandi.

Reinking *d.R.S.& E.l.1.cl.5.c.4.n.171.& seq.* Hodie imperator collectas universales consensu ordinũ præcipue Electorũ indicit, uti constat ex capit. Ferdinandi II. *art.10.* & Cap. Ferdin. III. Imperat. Augusti *art.13.* Auch in zugelassenen nohtdürfftigen vnverzüglichen vnd vnvermeidlichen Fällen die Stewr / Aufflage / ohne wissen vnd willen der sechs Churfursten nicht ansetzen. Recess. Imper. *d. anno 1512.* §. Vnd damit die mässigung. Principes imperii hoc quoque jure non modò ad imperii, sed suæ provinciæ etiam utilitatem consensu Procerum uti posse ostendunt recessus imp. *d. anno 1544.* §. Es sollen auch alle / etc. doch sol hie mit gemeinen Ständen anderer Sachen / vnd fürfallenden Nohtturfften halber / sich mit jhren Vnterthanen / von wegen gebührender Anlagen zu vergleichen vnd zu belegen vnbenommen sein. Recess. Imp. *de Anno 1551.* §. Solche der Stände. plura de his vid. apud Dn. Klock. *tr. de contrib. C.4. n.120. & seqq.*

LXI.

In singularibus circa quæ potestas civilis occupatur, res quoque privatorum sunt, quatenus scilicet ad usum publicum ordinantur.

Jung. Grot. *d.l. de J.B. & P. c.3. n.6.*

LXII.

Ex horum numero est Iurisdictio.

Iurisdictio.

Ea autem hic inter regalia numeratur, quæ summa est, Imperatoris & universalis. Einsidel *c.2. n.311. & seqq.* Dn. Lampadius

 padius

LXIII.

Dignitatum collatio.

Neq; vero ut reipublicæ bene sit, sufficit ut lites dirimantur improbiq; coerceantur, nisi etiam benemeriti beneficiis afficiantur. Hinc dignitatum collationem inter maiora referimus regalia.

Huc pertinet potestas creandi Duces, Comites Palatinos, investiendi de feudis regalibus, approbandi confirmandique confraternitates Principum, jus nobilitandi, Academias erigendi, Tribuendi jus civitatis, Ius Nundinarum, Creandi Tabelliones, Famæ restituendi, Tribuendi veniam ætatis, concedendi jus stapulæ, Legitimandi potestas. Aliaque nonnulla, quæ prolixe explicant Bocerus *tr. c. 2.* Sixtin. *L. 1. C. 2. & L. 2. paßim.* Einsidel *c. 2.*

LXIV.

Ius creandi Magistratus.

Atque eiusmodi ferè sunt quæ civilis potestas circa sacra & profana per se agere solet, ii per quos aliquid administrat sunt Magistratus. Eorum igitur constitutionem habemus inter Regalia.

Et majora quidem Borcholt. *de regal. n. 16. aliiq; Dd. com.* Definitur Constitutio magistratuum, concessio particularis Iurisdictionis in subditos. Arnisæus *d. l. Maiestatis l. 2. c. 4. n. 9* Olim in Repub. Romana quomodo magistratus creati sint, hujus non est loci. In nostro Imperio magistratus qui primo temporales erant, postea facti sunt perpetui, communicatis quoq; plerisque juribus superioritatis.

LXV.

Ius legatorum.

Non minus autem per legatos, quàm per magistratus maiestas necessum habet quædam administrare. Ideoque & Ius legationis de Regalibus est.

V. Arnisæum *de Iur. Maiest. L. 2. cap. 5. n. 16.*

LXVI.

Maioribus regalibus quantum nobis sufficere potest, explicatis, ad minora accedimus.

Minora regalia.

LXVII.

Sunt autem hæc, non minus, quam illa fuere, varia. Nobis commodè dividi posse videntur, prout sunt de iure quo ex rebus, quæ publicæ appellantur, vel ex communibus, vel ex privatorum aliquid percipitur.

Divisio minorum regalium.

Vid. Arnisæum *d. Iur. maiest. l. 3. c. 2. n. 6.*

LXIIX.

Sub prima classe comprehenduntur Viæ publicæ; Flumina navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia, portus, ripaticæ, metallorum fodinæ, salinæ, publica palatia, argentariæ; Hæc autem omnia respectu redituum, quæ quoquo modo in de provenire possunt, minoribus regalibus adiiciuntur. Cum ratione potestatis cogendi ut reficiantur, &c. ad maiora referantur, ut antea etiam diximus.

Primus ordo horum regalium.

Vid. Boccr. *c. 3. n. 133. & 134.* Vult. *l. 1. c. 5. n. 7. Vers. Flumina* Rosenthal. *Synops. Feud. c. 5. conclus. 31.*

LXIX.

Ex rebus Communibus descendunt iura percipiendi reditus venationum, piscationum salinarum.

Secundus ordo.

Removendum enim hic est illud, quod quidam omnino contra jus naturæ Principes aliosq; superiores jus venandi sibi solis tribuere affirmant: sed his optime respondet Hugo Grot. *l. 2. de iure Pacis & Belli. c. 8.* Valde falluntur recentiores ICti ait,

qui

qui hæc ita putant naturalia, ut mutari nequeant: Sunt enim naturalia non simpliciter sed pro certo rerum statu, id est si aliter cautum non sit. Vid. eundem *d. l. 2. c. 2. n. 5.* Quod cum ita sit, dubitandum eo minus est ferarum capturam Principes præscriptione sibi acquisivisse: cum generali consuetudine Germaniæ id introductum videamus. Inde est quod literis investituræ inseri solet clausula: & cum venationib⁹, Mit wälden Wildbanen jagten Vid Knich. *de Saxon. non provocand. Iura c.5. n. 169.* Boc. *c. 1. n. 34. ibid. n. 58. & 69.* Conrad. ab Einsiedel. *d. l. c. 3. n. 87. praeiud. com. in verb. venatio uſ.* Wildban. Insuper venatio hodie pars est jurisdictionis forestalis der Försllichen Obrigkeit / & vocatur bannum ferinum die Wildbahn / à quo specie differt jus foresti, contra quam putat Gail. *2. obs. 61. n. 7.* Hoc est quod in silvis & nemoribus ratione fructuum & arborum exercetur, cui præponitur Förster / qui silvarum curam habet, ne per arborum excisionem devastentur. Illud jus venandi tam in agris quam in silvis complectitur, unde Gailio minus rectè uocatur bannum sylvestre: qui huic praeest Jägermeister appellatur. Conf. Paul. Matth. VVehner. *obs pract. verb.* Forstrecht Christoph. Besold. *in thes. pr. verb. eod.* Piscationum reditus quod attinet, eodem loco eos habemus, quod & veteres ICtos fecisse animadvertere licet: eò quod Vlpianus *in l. 9. §. 5. de usufructu* à venationibus ad piscationes argumentatur. Vid. Sixt. *l. 2. c. 18. n. 52. & seqq.* Bocer. *c. 3. n. 108.* Salinæ apud Romanos jure proprio possidebantur *arg. l. 4. l. 5. §. 1. de reb. eor. qui sub. tut.* Gotofr. *in l. 4. §. 7. de cens.* Hodie jus principum esse ab ijsq; in feudum alijs concedi, patet, ex *A. B. t. 9.* & experientia testatur.

LXX.

Ordo tertius.

Ex rebus publicis & Communibus quæ regalium nomine percipiuntur vidimus, restat ultimum caput, scilicet, quænam ex bonis privatorum veniunt. Sunt autem ex eorum numero vectigalia.

Hæc triplicia sunt. 1. telonia, quæ pro invehendis evehendisque

disque mercibus in itinere solvuntur, *arg. l. 5. C. de vectigal.* 2. portoria quæ in portubus solvuntur ex statione navium, quam princeps securam reddere tenetur. *arg. l. 3. C. d. t.* Goedd. *ad l. 17. n. 8. de V. S.* 3. ripatica, quæ in ripis exiguntur seu pro trajectu de ripa ad ripam publicano solvuntur. *Dd. in d. c. quæ sunt regal.* Vid. Henricum Klock, *dissert. de iur. vectigal. th. 7.* Mynsingerum *singular. observ. lib. 5. obs. 29.*

LXXI.

Vectigal in hâc classe regalium excipiunt mulctarum pœnarumque compendia, Brüche vnd Geldbusse.

L. 5. & l. 6. §. 4. C. d. mod. mult. ordinat. Cam. par. 1. t. 16. §. der Keyserliche Fiscal. in fin. Sixt. *l. 2. c. 8. n. 41.* Borcholt. hic *n. 64.* Multa est pœna pecuniaria, quâ Iudex in aliquẽ ob ejus speciale peccatum aliquod extra ordinem animadvertit. Boc. *c. 5. n. 11.* Pœna omnium delictorum coërcitio est *l. 131. d. V. S.* quam vide. Quamvis autem multis inter se distent multa & pœna, uti docet Sixt. *d. l. 2. c. 8.* tamen ea conjungit Fridericus, ut, quod mulctæ appellatione comprehendere non potuit, pœnæ nomine includeret. Eynsiedel *c. 5. n. 99.*

LXXII.

Succedit multarum pœnarumque compendiis ius bonorum vacantium, I. in intestatis, II. in thesauris. Bona, quæ antea alicuius fuerunt, tum dicuntur vacantia, quando nullum ex quâlibet sanguinis lineâ vel iuris titulo legitimum successorem reliquit intestatus.

L. 4. C. de bonis vacant. L. 1. §. 2. ff. de Iur. Fisci. quæ ad fiscum devolvuntur. *L. un. §. 13. C. de caduc. toll. l. 1. §. 4. de bon. vac. l. 4. C. de præpos. sacr. cubic.* Pertinebant autem olim ad fiscum duntaxat Imperatoris, exclusis omnibus aliis, qui quolibet prætextu ea sibi vindicare studebant. *d. l. 1. & 4. C. de bon. vac.* Hodie vero mutata Reip. forma emolumentum hoc succesionis compe-

cit etiam principibus & statibus imperii: imò & inferioribus magistratibus mero imperio gaudentibus qui concessione vel præscriptione illud acquisiverunt. Vid. VVehner. *obs. pr. verb.* Königleute. Besold. *th. pr. verb.* Erbloſe Güter. Eodemq; collocari debet Ius succedendi iis qui annos suos consumpserunt & mariti & patris nomine vacui, vulgo Hagestolzen: quos ob studiũ tollẽdæ sobolis neglectũ pœnas coactos in ærariũ deferre, nihil ex civium testamentis capere potuisse, quin & ignominia olim subinde fuisse affectos historiarum monumenta testatum faciunt. Conf. Besold. *verb.* Hagestolzen *n. 5.*

LXXIII.

Non minus autem quam bona vacantia veteres thesauros Fridericus Imp. collocat inter minora Regalia.

Ea thesauri significatio hujus loci est qua describitur veteris pecuniæ depositio, cujus memoria non extat. Paul. in *l. 31. ff. de acquir. rer. dom.* Quomodo autem & quando Principis fiat ex distinctione notæ *l. un. C. de thesaur. §. thesauros de rer. div.* cuivis plusquam notissimum est.

LXXIV.

Ad bona vacantia & thesauros adjunguntur Iura confiscationis bonorum ob delicta. Hæc quatuor fere generum. I. quæ ut ab indignis auferuntur, nisi quæ specialiter quibusdam personis concedantur.

Indigni dicuntur hic, quibus quæ ex hæreditate capere possunt vel capiunt, aut testatoris autoritate, aut lege ipsa eripiuntur. Casus hujus rei varii sunt. Vid. Borcholt. *ad h. C. n. 75.* VVesenb. *parat. de his quæ ut indignis. & ad tit. ad Sen. Sillan.* Pertinent. *huc tit. ff. & C. de his quæ ut indig. l. 8. §. 14. de inoff. test.* Per verba, nisi specialiter quibusdam concedantur: certos casus excipimus. *in l. 7. in fin. d. iur. patr. l. 25. C. de legat. l. 32. de excus. tut. l. 1. C. de secund. nupt. l. 5. §. 2. de his quæ ut indignis. Nov.*

22. c.

22. c. 22. N. 115. c. 3. §. 13. cum Sixt. l. 2. c. 10. n. 93. & seq.

LXXV.

II. Bona contrahentium incestas nuptias.

Incestæ nuptiæ sunt, quæ cum muliere contrahuntur, quam conjugem habere aut gentium aut civili jure prohibitum est. *argm. l. ult. ff. d. ritu nupt. l. 38. § 2. & seq. ad l. Jul. d. adult. l. ult. d. condict. sine causâ.* Vindicat autem hujusmodi bona sibi fiscus juxta dispositionem *auth. incest. C. eod. N. 12. c. 1. & 2.* Secus ac antea ubi committens incestum ea ad vitam retinebat *l. 6. C. d. inc. nupt.* Vt verò pœnæ locus sit, duo imprimis requiruntur. 1. ut deficiant legitimi liberi ad tertium gradum, ascendentes ad secundum, eâdem habitâ ratione fratrum, sororum, patrui & amitæ. Vid. Dn. Carpz. *de arb. consanguin. disp. 3.* 2. ut secuta sit copula carnalis, ad delicti scilicet perfectionem; licet aliâs nuptiæ solo consensu fiant. *l. 30. d. R. I.* quamvis nec incestuosæ nuptiarum nomen mereantur. *§. pen. d. nupt.*

LXXVI.

III. Bona damnatorum & proscriptorum.

Sub damnatis generaliter & proscripti continentur *l. 1. pr. d. bon. damnat.* Hic specialiter dicuntur, illi qui ultimum supplicium subeunt, hi qui libertatem vel civitatem amittunt. Et olim damnatorum bona statim fiscierant etiam liberis existentibus *l. 7. §. f. de bon. damnat. l. 2. & 3. de bon. proscript. l. 1. C. de poen.* qui saltem dimidium accipiebant. *d. l. 7. l. 10. C. eod.* At *ex c. un. quæ sunt reg.* ita fisco acquiruntur, si deficiant liberi vel parentes ad tertium usque gradum *N. 134. c. fin. vers. ut autem.* Hodie vero confiscatio ejusmodi non obtinet nisi paucis casibus P. H. O. *Car. V. art. 135. & 218.* Neque feuda bannitorum ad fiscum sed ad dominum feudi vel agnatum revertuntur. Landfried *d. anno 1548. t.* Poen der Friedbrecher. *O. C. p. 2. t. 6. §.* so jemand. Gail. *d. pac. publ. l. 2. c. 14. n. 3. & seqq.*

LXXVII.

IV. Committentium crimen læsæ majestatis.

l. 1. §. l. 5. pr. & §. 1. l. 6. & 7. ff. & C. ad l. Iul. Maiest. A. B. t. 24. P. H. O. *Car. V. art. 218. in fin.*

LXXVIII.

Cæterum & alia ad huc pro regalibus habentur, angariarum, parangariarum, plauſtrorum, navium præſtationes, jus palatiorum & ſimilia, quæ memoraſſe nobis ſufficiunt, cum de ijs quatenus judicicij regalis objectum ſunt, agamus.

Vid. de illis Roſenthal. *c. 5. concl. 70. & ſeqq.* Sixtin. *lib. 2. c. 13. & 14.* Bocer. *c. 3. n. 196. & ſeqq.*

LXXIX.

Addendas tamen & alias diſtinctiones exiſtimamus. Alia enim regalia mera ſunt, alia connexa cum Ducatibus aut ſimilibus feudis, ut ſupra diximus.

LXXX.

Sunt quoque quædam communia, quædam ſingularia. Illa Status etiam participant, ſimpliciter ratione Imperij, ſec. quid quoad territorium. Hæc quæ Cæſari ſoli reſervata. Vtrorumque exempla ſupra memoravimus.

LXXXI.

Alia ſunt ex ſolo jure territoriali dependentia utpote Nobilium immediatorum, alia quæ inferioribus conceſſa, ex quibus hæc minus proprie talia dicuntur.

Vid. ſupra *th. 37. & 40.*

LXXXII.

Huc uſque de judice, litigatoribus & rebus Iudicij noſtri; proximum eſt, ut actiones, quæ in eo moveri poſſunt conſideremus.

LXXXIII.

LXXXIII.

Sunt autem actiones de regalibus vel reales, vel personales.

Actiones.

LXXXIV.

Personales tam de promissis quam constitutis regalibus recte intentantur: reales de constitutis tantum.

LXXXV.

Quoad personales actiones tamen imprimis distinguendum est. I. Inter regalia quæ per privilegium concessa sunt, & quæ per investituram seu infeudationem. II. Inter hæc, ut vel mera regalia sunt, vel bonis feudalibus annexa. III. Quoad connexa, inter eorum promissionem, constitutionem, & acquisitionem.

LXXXVI.

Vbi per privilegium concessa sunt mera regalia, contra promittentem competit actio ex privilegio.

Quia privilegium obtinet vim legis *arg. §. 6 de I. n. g. & c. l. 1. pr. de constit. princ.* Idque in primis locum habet, ubi quis ex certa lege vel constitutione privilegium obtinet. Quomodo ex Aur. Bull. *c. 9.* Electores gaudent jure fodinarum auri & argenti aliarumque minerarum in suis ditionibus: jure cudendæ monetæ aureæ. *c. 10.* jure extremæ provocationis, jure habendi judæos *d. c. 9.* Ex constitutione est, quod civitates Longobardicæ dicuntur habere regalia, Constitutione Friderici, *de pace constantiæ*: jus habendi Iudæos alijs etiam principibus competens, *arg. Ordin. polit. de anno 1549. t.* Von Juden und jhrem wucher. Policei Ordnung zu Franckfurt *anno 1577.* gebessert *t. 20. pr.* facultas cudendi ducatos penes eos qui fodinas auri præ-

stantio-

stantioris & pretiosioris habent R. A. 1576. §. vnd aus sondern: nec non quod Electores ad Rehnum hoc praecipuum habeant, ut in aureorum Rehnensium materia pondere & aestimatione, ad eos non minus quam ad Caesarem respiciendum sit. R. A. *de anno* 1551. §. Darin dan ferner *verb.* der Reinischen Churfürstlichen Vid. Tilemannum de Beningnis Decis. Cam. Imperial. Syntagm. *1. dec. 2. vot. 9. In princ.* ubi in causa immunitatis tributorum ex privilegio actum affirmat. Eund. syntagm. *2. decaa. 1, vot. 5. n. 4. dec. 1. vot. 7. princ. eod.* Idemque in lite de jure collectarum factum arguunt Vota Cameralia Causae Burgermeister vnd Rahts der Stadt Spier contra Leiningen §. Tenor. §. Dom. à Siflingen §. D. Aldenhausen. Quae Vid. sis apud. Dn. Caspar. Klok in fasciculo votorum cameralium addito *tr. de contribut.*

LXXXVII.

Quia vero per privilegium hujusmodi regalia non promittuntur modò sed & constituuntur simul, cum jura sint incorporalia concessa ut concedens quid fieri patiatur, hinc & pro constitutis istiusmodi etiam actio realis comparata est contra alios officientes, confessoria & negatoria.

arg. l. 15. §. 1. de servitut. l. 6. §. 1. & 2. si serv. vindic. Junct. arg. l. fin. l. 3. §. 2. de act. empt.

LXXXIIX.

Idemque obtinet, in regalibus ejusmodi praescriptione acquisitis.

Praescriptio enim & promissionem & constitutionem temporis privilegio includit & praesupponit Vid. Sixtin. *d. l. 1. C. 7. n. 3.*

LXXXIX.

In investitura merorum regalium & promissio & constitutio tempore concurrit, indeque ex iis etiam actio datur realis.

Licet enim alioquin in feudis per abusivam investituram,

citt. 3.

citra possessionis traditionem, non transferatur *jus in re*, sed ad rem tantum, atque actio personalis ad traditionem & possessionis apprehensionem *2.f.2. in princ. junct. 2.f.26. §. si facta & 1.f.4.pr.* Ampliss. Dn. Praeses *de iur. rer. conel. 11. n. 11.* Borcholt *de feud. c.9. n. 10.* Rosenthal. *de feud. c.12. q.11. n.20.* aliud tamen est in meris regalibus in quibus abusiva investitura loco traditionis est, eoque & dominium & possessio acquiritur. Atque ita rectissime statuit post Bald. Isern. Afflictum, Schraderum atq; alios á se citatos Sixtinus *lib. 1. c. 3. n. 23. c. 7. n. 8. & passim.* De quo tamen sibi attentius rem expendienti non leves dubitandi rationes obvenisse ait Conradus von Einsidel. *de regal. c. fin.* Nimirum 1. quod supra citatis textib. feudal. generaliter statuatur abusivâ investitura dominium non transferri. 2. quod & rerum incorporalium traditio fieri possit juxta. Osvvald. Hillig. *Donell. encycl. lib. 14. c. 2. lit. d.* 3. feudum omne esse jus incorporale, sicque & feudum regale. 4. si v. c. quis abusivè investitus sit de feudo & regalibus alterius adhuc viventis, ceu jure feudali admittitur, non posse dici dominium & possessionem investito acquisitam; cum talia nec possessori vasallo auferri possint *L. 11. d. R. I.* neque utrique simul concedi *l. 3. §. 5. d. acq. poss.* 5. contractus obligationem tantum producere non vero jus reale, haud secuta traditione. Verum quibus nullo negotio respondebimus. Textus enim citati manifeste loquuntur de feudis rerum immobilium. Assertio Hilligeri de usu aedium commodato, ex *L. 1. pr. d. comm.* huc non pertinet, ubi de transferendo dominio vel alio jure in re quaestio est: & leges rerum incorporalium traditionem ignorant. *§. 2. in princ. d. reb. corp. & incorp.* Licet vero feudum omne jus sit incorporale, seu jus in re, tamen non omne mere tale est, sed quoddam habet objectum rem immobilem, corporalem *2. f. 1. §. sciendum* quae tradi potest & proprie tradi dicitur in *l. 43. §. 1. d. A. R. d.* Quoddam vero feudũ regale merè & purum putum jus incorporale est v. c. jus cudendi monetam extra feudum annexam habens dignitatem regalem alicui concessum, & in Comitibus Palatinis jus legitimandi, Creandi Doctores, Tabelliones,

patet, quod talia bonis dignitatem regalem annexam ha bentibus opponat, quæ sine dubio corporalia, & in quibus propterea per abusivam investituram dominium & possessionem transferri aperte neget Idem *d. c.3. n. 23.* Exindeque non convenit huc exemplum de feudo tertii viventis quod ultimus vasallus adhuc possideat; indubium enim est illud esse rei immobilis: de quali feudo Sixtino nobisque hic nulla controversia. Denique ex contractu quidem obligatio producitur, non jus in re, sed demum ex traditione *l. 20. C. d. pact.* Verum id obtinet tantum in re tali quæ tradi potest. Sic nudis pactis non transfertur dominium rei corporalis, sed requiritur traditio. *§. 41. de rer. divis.* nec ususfructus sine traditione acquiritur, quia est rei mobilis *l. 7. pr. inf. junct. l. 15. §. 3. de usufr.* vel immobilis, quæ traditionem admittunt, vel in rem inductionem, occupationem *l. 3. vers. dare eod. tit.* Verum meri juris incorporalis diversa plane ratio est. 1. quia traditio in alijs propterea requiritur quod objectum juris, de cujus translatione quæritur, sit res corporalis indeque nisi tradendo, ad alium pervenire nequeat. At juris mere incorporalis (& hic feudi mere regalis) objectum corporale nullum est. E. nec traditio. 2. Ejusmodi jura plerumque non in eo consistunt ut concedens præter promissionem aliquid adhuc faciat. (e.g. tradat) sed ipse ne faciat, vel ut patiatur aliquid fieri ab eo cui concessit, exemplo servitutum realium per text. *in l. 15. §. 1. de servit.* Idemque obtinere e. g. in concessio regali creandi Doctores, Tabelliones, legitimandi & similibus plane indubitatum est, cum præter concessionem sive per privilegium, sive investiturâ abusivâ factam totum illud jus statim & plene transferatur, ita ut non possit exspectari adhuc à concedente aliquis actus, quo insuper juris promissi traditio fiat. Quod si autem quis dicat patientiam hic esse loco traditionis, per me quidem id licebit, attamen inde minime efficietur istam sic dictam traditionem verè talem esse, qualis post abusivam investituram alias requiritur, & de qua sola initio quærebatur; habet illa se etiam negativè non positivè quod proprium traditionis: quin eo ipso quod fit promissio statim etiam fit patientia

entia utendi, jus plene constituitur, & actio nascitur statim realis, ut frustra quæratur præter promissionem seu abusivam investiturā adhuc de aliquo alio actu quo dominium transferri debeat, utpote actu promissionis & constitutionis, natura licet diversis, tempore hic concurrentibus.

XC.

Habet autem & hereditatis petitio locum in regalibus, si in hereditate defuncti reperiantur & quis tanquam heres de iis agere velit.

Vid. Sixtin. *c. 7. n. 23. & seqq.*

XCI.

Quoad regalia connexa distinguendum est, inter ipsius feudi cui connexa, promissionem, constitutionem & acquisitionem.

Cum enim hæc feudis regalibus adhærcant, eorum quoque jure tantùm æstimanda sunt propter rationem connexitatis.

XCII.

Vbi promissum feudum, talis actio ex promissione oritur, qualis ex negotio quo feudum est promissum dari solet, ad feudi tam ipsius quam connexorum regalium per investituram constitutionem.

Veluti si stipulatione promissio facta, actio ex stipulatu, *arg. l. 83. §. 6. d. V. O. pr. & §. 7. I. eod.* Si nudo pacto, hodie condictio ex canone vel moribus, juxta VVesenb. *parat. de pact. n. 2. per c. 1. & 2. & ibi Canon. de pact. c. iuramenti. 22. q. 5.* Bacchov. ad VVesenb. *d. l.* Arnold. Vinnium *de pact. c. 7. n. 4. & 6.* Sixtin. *d. c. 7.*

XCIII.

Constituto feudo regali per investituram abusivam, ejus & connexorum regalium nomine competit actio feudi, ex feudo, seu feudalis, contra dominum, ad id ut realiter investiat & feudum tradat.

Et ad hujus traditionem dominus præcise tenetur, nec præstando interesse liberatur. *2.f.26. §.si factù. 2.f.7. inf.*

XCIV.

Quod si traditio feudi regalis facta fuerit, utique tam domino quam vasallo dantur non modo actiones in personam, sed etiam in rem.

XCV.

Cæterum actiones in rem qua huc spectant, vel ratione dominij competunt vel ratione possessionis: Illæ Iudicia petitoria vulgo vocantur, hæc possessoria.

XCVI.

Petitoria sunt, confessoria & negatoria actio: quæ utiliter instituuntur præcipuè de regalibus meris per privilegium concessis.

Supra.th.87. Quemadmodum de servitutibus, ita etiam de aliis juribus incorporalibus confessoriam & negatoriam intentari posse receptum est. Bachov. *tr.de Act.differt.2. th. 23. argum.l.5. §.2. si usufr.pet. l.3. Cod. de præscript.30. annor.l.9.§.2.d.damn. infecto.add.* Godofr. *in not.ad eand.leg. lit.X.* Gail. *l.2. obs. 66. n. 2. 3.4.* Quod si autem non quidem de feudo regali controversia moveatur, sed de mero regali ipsi annexó tantùm, iisdē omnibus locum esse, non est dubitandum: idque hodierno etiam usu observari testantur Iohannes Meischnerus *Decis.Cameral. t.3. dec. 33. n.18. & 19.* Idem *Tom.2. l.2. dec. 4. n. 35.* Iohannes Tilemannus de Benignis in causâ Altkirchen contra Schwartzburn *syntagm 1.*

decis.

decis.2. vot. 8. n. 2. & vot. 9. in princ. syntagm. 2. dec. 1. vot. 5. n. 1. & vot. 6. n. 1. & 2. eod. Sixtin. *c. 7. n. 17.*

XCVII.

Possumus tamen de regalibus etiam utili rei vindicatione experiri, si ea uti feuda in disquisitionem veniant, feudis regalibus annexa.

Arg. text. in t. 8. §. rei autem. & t. 43. f. 2. eaque vasallo competit, contra quemvis possessorem etiam contra feudi dominum, per *text. in tit. 22. circa finem f. 2.* Add. Alvarot. *ad tit. 8. f. 2. n. 16.* Vultej. *l. 2. d. if. c. 1. n. 13. & seq.* neq; minus tamẽ hinc excipere poterit vasallus quàm agere per *text. in dict. o. 8. & 43. f. 2.*

XCIIX.

Possessoria remedia regalium nomine competentia sunt interdicta adipiscendæ, retinendæ & recuperandæ possessionis.

Res corporales quæ apprehendi possunt, propriè possidentur, *L. 3. d. acq. poss. l. 4. §. 27. d. usurp. & usucap.* Et hoc respectu jus cum incorporeum sit, possideri negatur *d. l. 4. §. 27. de usurp. l. 32. §. 1. in f. d. S. Vrb. præd. l. 14. d. servit*, suo tamen modo, h. e. ratione nonnullorum effectuum jura possideri, sive quasi possideri dicuntur in recessibus etiam imperii R. A. anno 1587. §. Wan auch & R. A. *d.* anno 1570. Auff das die Bawhulff. Ideoque interdicta de ijs conceduntur *l. 3. §. 17. ff. d. vi & vi armat. l. 23. §. 2. ex quib. caus. mai. l. 10. l. 8. §. 5. inf. si servit. vindicetur.* Iacobus Menochius *d. recuperand. possess. Rem. 1. n. 86.* Quare & in regalibus juribus idem obtinere nulla impedit ratio.

XCIX.

Sed, ut ad singulas species remediorum pos-

Iacobus Menochius *d. adipiscend. possess. remed. 1. n. 83. 84. & 85.* Idque in specie juris collectarum affirmat Dn. Klock. *tract. d. contr. c. 19. n. 130. & seq.* Competit ideoque hoc filio vel agnato ab intestato vehienti contra quem vis possessorem *arg. c. 1. §. inter filiam. 2. f. 26.* Rosenthal. *c. 12. concl. 12. n. 31.* Sixtin. *lib. 7. n. 26.*

C.

Pro retinendâ regalium possessione interdictum uti possidetis introductum est.

Arg. §. 4. Instit. d. interdict. Iunct. *not. 7. ibid.* Quamvis enim principaliter illi detur, qui rem soli verè possidet, *per text. in l. 1. §. 1. 6. & 8. ff. Vti possidet.* tamen competit etiam iis, qui usum, usufructum h. e. jura tuentur *l. ult. d. t. Vti possidet.* Ex quo textu ad regalia rectè argumentamur, idq; communiter receptum est. V. Iohannem Schneidevvin. *ad §. retinendae. 2. d. interdictis. n. 6.* Menochium *de retinend. possess. Remed. 3.* ubi *n. 131.* pro jure patronatus *& n. 142. & seq.* pro jure eligendi magistratus rectè hoc interdicto uti posse dicit. Add. Dn. Klock. *d. tr. c. 19. n. 182. 185. & seq.* ubi de jure collectandi in causâ Episcopi Herbipolensis contra Comitem Henricum Adolphum de Castel hoc modo actum affirmat. Dn. Benedict. Carpzovium *def. Forens. p. 2. Const. 7. def. 11. & 12.* ubi dominum contra inobedientes subditos hoc interdicto agere posse ait idq; præjudiciis probat. V. Meicsner. *Decis. Cam. Tom. 2. l. 1. dec. 6.* Eundem in casu jurisdictionis *tom. 3. decis. 9. n. 11. & tom. eod. decis. 33. n. 13. & 14.*

CI.

Non minus quàm retinendo recuperando etiam remedio h. e. interdicto unde vi regalium nomine experiri possumus.

Arg. §. 6. Instit. d. interdict. L. 1. princ. §. 1. 3. & 4. ff. de vi & vi armatâ. Menoch. *d. recuper. possess. remed. 1. n. 81. & 82.* Idque de jure colligendi pedagium & jure patronatus confirmat *Decis. Cam.* In causâ Unser lieben Frawen / Stiffts zu Festeburg contra Quirin. Potwitz von Talum apud Tilemannum *synt. 1. decis. 2. Vet. 1. n. 3. & synt. 2. dec. 4. v. 1. n. 2.*

CII. Hisce

CII.

Hiſce quidem remediis de regalibus rectè agitur. Quemadmodum autem vaſallus ob qualitatem feudi de regalibus eas habet actiones de quibus hactenus dictum eſt, ſic & domino de iis ſua competũt remedia, ſive perſonales ſive reales actiones ſint, ſive poſſeſſoria etiam remedia ſpectentur.

Vid. Sixtin. *d.c.7. n. 47. & ſeqq.*

CIII.

Cæterùm præter ordinaria remedia in litibus cauſarum regalium locum quoque obtinent extra ordinaria, ſummaria.

CIV.

Hujuſmodi ſunt inter eos qui immediatè ſubſunt remedia mandatorum cum vel ſine clauſula, ex Imperij conſtitutione de pignorationibus, de arreſtis, & de litigioſa poſſeſſione.

CV.

Ejus modi etiam eſt imploratio pro banno & privatione regalium.

Bannum hoc caſu decerni facili negotio ex ipſis imperij conſtitutionibus colligitur. Etenim ſi quis collationes bellicas ab imperio decretas ſoluere denegaverit, ex vi juris indicendi collectas proſcriptionis pœnæ ſe ſubijcere cogitur. R. A. *d.* anno 1582. §. Weiters nachdem die erfahrnis mit bringet. etc. ſo ſetzen / ordnen vnd wöllen wir zu erhaltung gebürlicher gleichheit da

da aber einiger Standt. Contra autem subditos tributum indictum solvere detrectantes, Principibus alijsque superioribus decernuntur mandata pœnalia adsolvendum, subditique in pœnam dupli condemnantur. R. A. *d.* anno 1603. §. dagegen. R. A. *d.* anno 1584. §. darnach sollen & §. sequent. R. A. *d.* anno 1576. §. dawieder auch & passim in supra allegat. recess. imperij.

CVI.

Simili modo pro tuendo jure pacis violatores eorumque receptores proscriptionis pœnâ coërcentur.

R. A. *d.* anno 1559. §. vnd dieweil wir. *& §. seq. ord. Cam. p. 2. t. 9. & 12.* Gail. *d. pac. pub. l. 1. c. 6. per. totum.*

CVII.

Qui contra prohibitionem monetam cudere pergit, etiam banno affligitur.

R. A. *d.* anno 1566. §. auff den fal dan vngeachtet. Notandum autem hic est pro ratione circumstantiarum solere pœnam banni in pecuniariã mutari, uti probant R. A. *d.* anno 1570. §. Es sollen auch Kammerrichter vnd Beysitzer nach gelegenheit der vmbständen/ vnd zu richtiger einbringung des anstandes macht haben/ die seumigen anstat verwirckter pæn der acht allein in die ansehnliche Geldstraffe/ so auch der acht erklärung vermög des Landsfriedens ipso jure einverleibt/ zu declariren, &c. *Iung.* R. A. *d.* anno 1582. & R. A. 1594. §. daneben sollen auch.

CIIX.

Mandata etiam decerni solent contra eos qui regalium nomine ultra, quàm fas est, aliquid exigunt.

Ita mandatis inhibitorijs impediuntur illi, qui vel vetera vectigalia augent, vel nova suâ autoritate instituunt Pet. Friderus Mindanus *de mandatis l. 1. c. 42. n. 5.* Idque præjudicia cameræ optimè probant. Præjud. Cam. Verb. mandatã sine clausulâ. Erkandt in Causâ Speyer. Contra Churpfaltz/ den

Landzol

Landzol zu Oppenheim belangent. Item in Causâ Altenhaselen Contra Isenburg/das new auffgerichtete Weggelt belangent. Iung. Gylman. Symphorem 2. part. l. 3. t. 7.

CIX.

Quomodo & pro abrogandis novis collatio-nibus bellicis mandata impetrari possunt.

V. Dn. Klock. tr. de Cont. cap. 19. n. 286.

CX.

Et hæc quidem sufficere possunt ad probandum illud quod diximus, sc. præter ordinarias actiones & interdicta, mandata etiam decerni solere. De Processu sive modo agendi paucis ita habendum. Processus

CXI.

De regalibus aut ordinarie agitur aut extraordinarie sive summarie.

CXII.

Primo casu observanda ea sunt quæ communiter in judiciis usu veniunt; Ita quidem ut si ex Iure civili, v.g. hereditatis petitione procedatur, aut regalia per privilegium præscriptionemvè acquisita & sic pro allodialibus habenda sint, ordo juris civilis observetur.

CXIII.

Si vero de juribus illis ut feudalibus litigetur,

CXIV.

Quod si summario aut summarissimo modo utendum est, ea quæ ratione hujus processus à Fiscali vel solo, vel cum alijs conjuncto communiter observati solent attendi debent, quæ omnia cum eodem modo hic se habent quam in alijs, precium operæ non videtur ea longius persequi.

FINIS.